

ciencia
ica

R-1

269

~~269~~

Ex Bibliothêca, quam D. D. Onu-
phrius Solér, Academiæ Valentinae
Rector, eidem testamento legavit.

Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Laurentij Pal-

MYRENI DE CO-
PIA RERVM ET ARTIFI-
CIO ORATORIO LIBELLVS, IN
quo Topica Oratoria, & Dialectica va-
rijs exemplis eloquentiae illustrata
cernuntur.

*Ad amplissimos Patres Con-
sules Valentinos.*



VALENTIAE.

Ex typographia Ioannis Mey.
1564.

Laurentius Palmyrenus lectori
εὐπράτῃρι.

Ἡ δὲ γε μάλλον, ἢ μισητόν ἐσεδαίττο τὸ βιβλίον
τοῖς θυφύια κεκοσμημένοις τῶν μερακίων, νομιζώ.
οἷσι πάντες σοφοὶ τοῖς ῥητορικοῖς τῆ περιβόητῃ ἀριστοτελεῖ
καὶ τυλίσι κικερόν^Θ ἐφίεδονται. Εμοὶ γε δὲ ἢ τῆ τοιοῦτα
σύνταξις λόγῳ ὅτω πῶς καθ' ἡδονὴν γέγονε, ὥστε μὴ μό-
νον τὰ χαλεπὰ τῆ ἀσμάτω συμπαύσα ἀπερξίφθαι,
ἀλλὰ ἑμαλακὸν τὸ πονεῖν προσαπέργασαθαι, ἑμδύ.
βύλομαι λέγειν ὡπερ ὁ θεόκρη^Θ φησὶ: Ἀδίου ἢ τὸ κατὰ
χῆς ἀπὸ τῆς πέτρας καταλείβει τὴ ψοθεμ ὕδωρ. τόποις γὰρ
τῆς ῥητορικῆς, ἢ τῆς διαλεκτικῆς, ἐπὶ τὰς ἀσμάτας τῆς
φιλοσοφίας πᾶς ὁ νέ^Θ προσβιβάζεται. ὅ γὰρ ἢ ἀσκησις
σοιαυτῆ εἰς τὸ ἔργον ἡμετέρου χαλαρὸν, καὶ ἀργὸν εἶναι, ἀλλὰ
ἡμᾶς πολύεργος δὲ καὶ ἰσχυρὸς ἐργαζομένους τε, ἑμμηχανό-
μενους ποιεῖ. διὰ τούτο, ἐκλαμπρυνόμενον ἀριστοτέλη φιλόσο-
φου μέγαμ ὀρῶμεν, ὅπως γινὸν τὸ τρίτω τῆς ῥητορικῆς γράφων
τα: τίσις, καὶ ταξις, πρὸς τὸ διδάξαι ἀναγκαῖα, τὰ δὲ
ἄλλα τῆς ῥητορικῆς μέρη διὰ τὴν τὴ ἀκροατομοχθην εἶναι
ἔχομεν, ὅ δὲ διὰ τὴν ἀναγκὴν. ἐγὼ δὲ ὅκ ἐπιχινῶμαι ἐμὲ
τὴν βίβλον ἀποτελήσειν, εἰ μὴ διαπάνην καὶ ἀνάλωμα
πλοσιός τις ὁ βιβλιοπώλης πεποίηκε ἔρξωσω, ἐκ δαλευ-
τίας ἐβδόμη ἰσαμένους γαμηλιον^Θ ἔπει ἀπὸ ἐνσάρκῃ θεῖο
λόγῳ. α φ ξ δ. ἰδεῖν, 1564.

Amplissimis pa

TRIBVS CONSV-

LIBVS VALENTINIS, BE

nedicto Artesio, Balthasari Catalano ordinis eque-

stris: Hieronymo Tagellio, Michaëli Hierony-

mo Assio, Gaspari Semperio, Iose-

pho Ferrer ordinis ciuilibus,

Laur. Palmy. S.D.



Nter præclara vete-

rum Thebanorum

monumenta, Patres

Iurati vigilantissimi,

saxeã quandã Mem-

nonis imaginẽ fuisse

legimus, quæ ad orientem solem con-

uersa, eodem temporis momento,

quo ipsam radius solis attingeret, vo-

calem sonum emittere, humanã vo-

cem reddere consuevit. Nouum sa-

nè miraculum, & post hominũ me-

A ij moriam

P R A E F A T I O

moriam prodigiosissimum, sed nostri philosophi, qui verissimè nullam vocem absq; motu aëris fieri docent, incredibile prorsus, & portento simile iudicabunt. Verùm, vt ego suspicor, acutè & prudēter veteres Aegyptij hac incredibile fabula animos hominum cōmouere, & allegoria laudabili rem magni ponderis, & momenti obscurare voluerunt. Hæc enim imago homines saxeos significat, quos Principum, & Regum fauor tanquam radius solis vocales & disertos efficit: quales vos multos effecistis, quorum scripta dignitatem, gloriamq; vestrā apud posteros lōgè personabunt. Inter hosce ego, vel ultimo subsellio collocatus, appareo: qui nuper mutus, & planè elinguis, fa-

uore

uore vestro nō solum loqui incipio, sed etiam audacter eloquentiæ præcepta alijs tradere aggredior. Multi quidē volent laborem hunc nostrū tanquam vanum reprehendere, aut inutilem reijcere, aut superuacaneū explodere: sed vbi cognoscent, vos tantos Mecœnates mihi adesse, protinus ab omni maledictorum genere abstinentes, linguæ furorem, & animi impetū summo conatu, & diligentia temperabunt. Ego tamen nolim, ideo facultatem detrahi lectori, vel emendandi, quæ à nobis deprauata fortè fuerint, vel locupletandi quæ nos breui quopiam termino conclusimus. Iudicia certè in literis olim fuerunt libera, nunc debent esse, & erūt posteris, vel nobis inuitis, modò non

A iij sint

P R A E F A T I O

sint leuia, temeraria, & iniqua. Quare, si quispiam præcepta nostra accusare voluerit, rationibus pugnet, argumentis agat, testimonijs deniq; autorum, si potest, conuincat: abstineat se modò maledictis, & conuicijs, ne nostra arrogantia, aut pertinacia periclitetur veritas: quæ vt accuratè disputando exquiri, ita nimium altercando amitti plerunq; consuevit. Id quidem, quod æquum est, postulo: quo neglecto, si quis omnino voluerit stomachari, & petulanter nobis maledicere, ipsum suo magis obfuisse nomini, quàm meo, optimus quisque iudicabit. Habuit hæc Academia permultos, qui Græcas, Latinas, Dialecticas, Anatomicas institutiones magno vrbis totius, aut potius orbis

orbis applausu posteritati consecra-
 rint: sed qui sua Rhetoricę præcepta
 in vulgus apparere voluerit, ante me
 repertus est nemo. Dignus ergo ve-
 nia sum, sicubi vel ignorantia lapsus
 fuero, vel tot curis & laboribus im-
 peditus aberrauero: vel quòd primus
 difficilem viam ingressus fuerim, vel
 quòd nominis mei, & pecunię iactu-
 ra publicam vtilitatem exquiro: &
 eam meæ quieti, meæ famæ, meis cõ-
 modis antepono. Intra menses vn-
 decim tres illas Comœdias, á vobis
 tam benignè acceptas, cõposui: nem-
 pe Octauiam, Sigoniam, Thalassi-
 nam. Vos qua soletis munificentia,
 & liberalitate aureos numos triginta
 mihi indigno præbuiſtis, quò ala-
 crior ad plures Comœdias compo-
 nendas

A ñññ

nendas

P R A E F A T I O

nendas fierem, & agnoscerent studiosi paratos esse Mecœnates, si que vellent ingenij monumenta felicissimè collocare. Taceant iam historici, qui nobis veteres Romanos, & Græcos Mecœnates, tot elogijs commendant. Libentissimè Augustus Vitruvij librū de arte ædificatoria sibi dicatū recepisse dicitur. Libello de agricultura sibi à Diophane oblato nihil chariùs habuit rex Galatiæ Deiotarus. Antonino Imperatori Seueri principis filio Oppianus libellum de piscibus dicauit, ab eo totidē aureis nūmis donatus est, quot libellus versiculos continebat. Largius Licinius quadringentis millibus nummū Plinij Iunioris commentarios, non semel emere voluisse perhibetur. Ly-

sander

*diez mil
sudos*

fander ob paucula quædam carmina
 sibi dicata, Antilochi Poëtæ pileum
 argento impleuit. Domitianus Sta-
 tium quædam cognomēto Papiniū,
 non tantūm magnifico & appara-
 tissimo conuiuio excepit, sed etiam
 corona insigni, alijsq; muneribus o-
 pulētissimis honestauit. Magni qui-
 dem hi Mecœnates studiosorū fue-
 runt, sed hi opera tantūm præclara,
 & erudita sua liberalitate illustra-
 bant: vos & magna, & minima, quò
 omnes vestræ liberalitatis participes
 fiant, minimi crescant, magni & eru-
 diti vestro fauore, & munere eua-
 dant maximi. Quod vtinam mihi
 contingat. Spes certè nō exigua est,
 radio vestri solis futurum, vt aliquā-
 do ingenij nostri industria, & cona-

A V tus

P R A E F A T I O

tus elucescant . Vobis nunc offero
fructum ingenij mei , vestra liberali-
tate, & fauore procreatum : nempe
tres libros de Arte dicendi, quorum
primo inuentionem & dispositionē,
& copiam rerum: altero elocutionē,
& verborū copiam: tertio me-
moriā, & pronuciatio-
nem complectimur.

Erit hoc argu-
mētum ob-
seruan-
tix

in vos meæ reliqua suo tempore
expectate. Valentix Nonis
Ianuarij. 1564.

Lauren-

6
Laurentij Pal-

MYRENI DE CO-

PIA RERVM, ET ARTIFI-

CIO ORATORIO LIBELLVS: IN

quo Topica Oratoria, & Dialectica varijs

exemplijs eloquentiae illustrata

cernuntur.

*



Voniã nec Medici, nec Oratores, quãuis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum sine usu, & exercitatione consequuntur, nos, qui auditores nostros ignavos esse nolumus, ea ad exercitationem, Deo duce, illis hoc anno tra-

dere decreuimus, quæ & intelligendi prudentiã acuerent, & eloquendi celeritatẽ ualeant incitare. Delegimus ad eam rẽ præcepta copiae rerũ, cum inuentione Dialectica, & Oratoria cõiuncta: ita ut facile cognoscat, artẽ, & exercitationẽ simul à nobis exemplorum uarietate coniungi. Nam quaecunq; in Topicis Aristoteleis, aut M. Tullij obseruantur, ea omnia copia rerum ad usum, & calamum mira suauitate, & perspicuitate reuocat. Commendare uerò hic longa oratione, aut copiam rerum, aut inuentionem, superuacaneum fuerit

Commen-
datio his-
ius dispu-
tationis.

rit: quandoquidem tota hæc res inuenta, & exercitata à doctissimis, iuxta ac prudētissimis hominibus, nō otiose loquacitatis ostentationem, sed docendi, discēdi, ac dicendi methodū complectitur. Nemo enim aut Oratorium, aut Dialecticum thema, uel argumentum rectē explicare, sine uarietate orationis, sine figuris copie rerum aggreditur: saltem qui forensē gloriam, aut studiosi nomen, uel auidē sitiunt, uel summo studio requirunt, omnes suos conatus, omnia sua studia ad hæc duo conuertunt. Ego sanē illa præclara, quæ uisgebant olim, rerum laudandarum studia periisse, atq; extincta prorsus esse, nō aliam ob causam crediderim, nisi quòd hanc facultatem studiosorum aut arrogantiā, aut negligentia perdidit. Ita enim hanc amisimus, ut ex studiosorū nostræ Hispaniæ magno ac infinito propē numero, qui suam hoc in genere industriā exercent, non tamen ita multos, qui tolerabiles uideantur, qui uerò excellant, quàm paucissimos, aut fortassē neminem liceat inuenire. Agemus ergo de Inventionē

Definitio,
& laus
artificij.

Loqui &
dicere non
idem.

rerum, & copia: quæ duo, laudabile illud in Oratoribus & Poëtis artificium constituunt. Est autem artificium, quo ad aliquid citius, & melius faciendum, præceptis informamur. Quod Cicero. 1. Oratorio ad Q. Fratrem ex eloquentia natum existimat, non autē eloquentiā ex artificio. Solet uerò ille uocare artificiosē digesta ea, quæ sunt arte quadam disposita. Et. 2. de Natura deorum, artificiosum opus, & diuinum uocat, quod maxima laude dignum iudicat. Et quoniam de eiusdem sententia non est idem loqui & dicere, ego planē

planè audacter confirmo, illos qui inuentionem solam sequuntur, loqui: eos uerò qui rerum copiam, & dilata-
tandi rationem cum inuentione coniungunt, dicere. Sed iam rem ipsam, Deo duce, appositis definitionibus auspicemur.

Inuentio est doctrina inueniendi, seu excogitandi argumenti. Copia rerum est, artificiosa facultas, cuiuslibet naturæ argumenti, uel rei uarianda, explicanda, & augenda. Has duas facultates propter maximam affinitatem, quam inter se habent, coniungemus: ut nostra ætate Cælius Secundus in eadem disputatione, Dialecticam cum Rhetorica coniunxit. Et Nicolaus Scirpus uel Biesius Flander id ipsum efficere, non erubuit. Nunc relicta paulisper copia, definitionem inuentionis paulò accuratiùs exponemus. Inuentionem ergo diximus esse, doctrinam inueniendi argumenti. Argumentum uerò, est ratio rei dubiæ faciens fidem: hoc est, argumentum est, id quod iam creditum, ad fidem rei nondum creditæ sumitur. Et, ut apertius rē explicemus, uocamus argumentū hoc loco Grammaticorum exēplo: nam ut illi uocabulū appellāt, sic nos simplicem rationem argumentum appellamus.

Digressio de Etymologia argumenti.

Quia pleròsq; uideo, unde hæc uox Argumentū Latinis ducta sit, dubitare: alios diuersa sentire, operæpretium hoc loco esse putavi, aliquid in medium adferre, ut adolescentes uim uerbi melius percipiant, & aliquid certū habeant quod sequatur.

Argumentum igitur ab arguendo dictum est, ut ab
induo

in duo in d[omi]ntum, nam arguo notat expressionem, & ostensionem, & arguitur quod probatur, profertur, demonstratur, Vergilius,

De genere animos timor arguit.

Hinc sunt arguti qui res distinguunt, & exquirunt cura, & cogitatione sua, & oratione subtiliter explicant: quæ & argutie uocantur. Et ea quibus hoc perficitur, ut res proposita explanetur, Argumenta: & hæc usurpare, argumentari dextere: & argumētari, argute, & eleganter, & callidè dicere. Alij autem, arguo uerbum, in hac re barbarum, uel Poëticum uocant. Et ab argumentando argumentum, & argumentationem deducunt. Sed planè non uideo, cur potiùs ab argumentando, quàm ab arguendo argumentum dictum putemus. Nam Cicero arguendi uerbo pro demonstrare, & probare utitur in Topicis, & Paradoxo. 3. Contenti igitur erimus h[is] duobus locis, quò equiores simus ijs qui argumentum ab arguēdo ductum credunt. Neq[ue] hæc eò dicimus, ut eos, qui contrà sentiant, mendose sentire arguamus: sed potiùs ut appareat, utrunq[ue] sine reprehensione teneri posse.

Dictum ergo est argumentum ab arguo, quòd arguat, id est, demonstret, quid uerum, quid falsum sit. Vocatur aliter, ratio, probatio, & medium. Faciens fidem, eodem modo intelligendum est, quo. i. Rhetorico ad Theodectem, φέγουσιν πίσιν, id est, probare & confirmare. Paratur autem fides trifariam: nempe sensibus, affectu, & argumentis. Sensibus, ut si dicas, hisce oculis uidi, hisce auribus hausi, Vnde illud Plautinum,

pluris

pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem. Afectu, ut quando aliquis amore compulsus, in deformi foemina insignem uenustatem & pulchritudinem se reperire affirmat, aut inuidia commotus, res bonas uituperat. Ad extremum, paratur fides argumentis, de quibus & Dialectico, & Oratorio more uerba faciemus. Vocantur autem argumentorum praecepta, ἔπει, seu ἔπειμα, quoniam τόπος, Graecè locus est, & quantumuis in hisce locis nulla sunt argumenta, tamen quòd ea uideantur indicare ἔπει, id est, loca per Metaphoram, aut catachresin dicuntur.

Loci uerò sunt, quasi sedes, & domicilia argumentorum, in quibus latent. Locos alij aliter partiuntur: Aristoteles quidem in Topicis nullam eorum adhibuit diuisionem, nec uerò certum ordinem seruauit. In arte autem Rhetorica duo genera eorū posuit: quam eius diuisionem, quoniam cum propè omnes docti, tum uel maximè Cicero secutus est, eam etiam nos hoc tempore sequemur. Dicamus igitur locos partim in ea re quae incidit in disputationem, haerere: partim assumi extrinsecus. Si in re ipsa inhaerent & insiti sunt, quos disputatoris diligentia à re ducit, & sumit. Illi extrinsecus adhibentur, qui sine disputatoris arte, & diligentia pariuntur, ut testimonium, & autoritas: uocantur autem

ἰσχυροί,
insitum,
artificiale,

ἐπέχειν,
assumptum,
remotum,
inartificiale.

Permulti

Argumenta assumpta ad translationem pertinent magis, quam ad inuentio-
nem.

Permuli alia utuntur diuisione. Volunt enim locos
eos alios esse personarum, alios rerum: sed ego locos
personarum ad locum adiunctorum reuocandos censeo.
Vfus locorum seu argumentorum hic est. Proponitur
aliquid ad disputandum, & quale sit queritur: id tale esse,
quale uolumus, uel ex loco definitionis confirmamus,
uel notatione uerbi, uel ex partium enumeratione. Vt si
queratur siue iustitia expetenda: id primum conclu-
detur eius definitione: Iustitia est uirtus suum cuique
reddens, reddere autem suum cuique in rebus expeten-
dis est, Iustitia igitur est expetenda. A coniugatis et-
iam hoc concludere sic licebit. Si id quod iuste fit ex-
petendum est, etiam expetenda Iustitia est.

De numero locorum uaria est controuersia, nam
Themistius 26. enumerat. Cice. 17. Rhodolphus A-
gricola 24. Petrus Ramus 10. Aristoteles. 1. Prior-
is Analyseus cap. 29. tantum agnoscit tria, nempe
antecedens, consequens, & repugnans. Vulgo probat-
us numerus hic est.

Insiti	}	Definitio & definitum.
		Etymologia & nomen rei.
		Coniugata.
		Genus & commune.
		Species & particulare.
		Differentia & proprium.
		Totum & partes.
		Subiecta,
		Adiacentia.
		Actus.

Causa

Cause 14.

Euentus uel effecta.

Adiuncta.

Similia.

Dissimilia.

Comparata.

Contraria.

Testimonium & autoritas.

Prauidicia.

Rumores.

Assumpti.

Tormenta.

Tabulae.

Iusiurandum.

Testes.

Nos aliam sequemur distributionem, quae non est, ab hac admodum diuersa: nostrae tamen copiae rerum magis accommodata.

Cause 4.

Effecta.

Subiecta.

Adiuncta.

Infiti

Opposita.

Comparata.

Definitio.

Diuisio.

Etymologiae.

Coniugata.

Similia.
Dissimil.
Genus.
Species.

B

Testimo

Assumpti. } Testimon.
 } Leges.
 } Pactum. &c.

Argumenta igitur insita, seu artificialia sunt, quae ex seipsis fidem faciunt. Intelligimus autem, fidem ex seipsis facere, quoniam argumentis ex causa, effectis, &c. per se credimus: in artificialibus uero, id est, testimonijs ratione cause, facti, subiecti, & aliorum artificialium. Distribuemus uero artificialia, in prima, & à primis orta, Grammaticorum exemplo, qui habet uerba primaria, & deriuata, ut facio, factito: sic nos causas, & effecta, argumenta prima uocamus, definitiones uero, & diuisiones à primis orta, quoniam à causis & effectis deducuntur.

Artificiale primū, est simplex nec aliunde ortū, quoniam huius consideratio prima est, nec ex sequentibus regulis pendet. Nam doctrina causarū potest intelligi, sine doctrina definitionis. Argumēti primi 4. sunt formae.

Cause & effecta.

Subiecta & adiuncta

Opposita

Comparata.

Ceterum inopia uocabulorū sex uoces pro 4. sumimus, ut Aristoteles in Categoria qualitatis, duas species pro unico genere posuit. Nam ut ille habitum & dispositionem, sic nos causas & effecta pro unico genere collocamus. Sumimus autem initiū à causis, quoniam in omni rerum cogitatione & consyderatione cause primae occurrunt, tum effecta his respondent,

&

& reliqua deinceps eo ordine, qui maximè naturalis
 & idoneus uisus est, explicantur. Præterea definitio-
 nes à causis sumuntur, & in docendo ea præcedunt, quo-
 rum cognitio natura prior est, ratione consequentium
 & seipsa contenta: ea uerò sequuntur, quæ naturâ po-
 steriora sunt, & quæ ex antecedentibus quodammodo
 nascuntur, & intelligentiæ suæ lucem capiunt. Cause
 uerò oratoriarum probationum principes & primæ
 sunt, ab his iure principiū huius doctrine ducitur. Nec
 uerò sequitur si in longioris disputationis artificio-
 sa collocatione, & methodo, à definitione rei, de qua
 agitur, ordiendum sit, ut in doctrina argumentorum,
 doctrina definitionis præcedere debeat. Definitio e-
 nim si perfecta sit oritur ex causis, & effectis, &c. nec
 quisquam definitione utitur, qui non utatur causis, aut
 certè primis argumentis. At contra primis argumen-
 tis sine definitione uti possumus, unde constat causas na-
 turâ priores esse definitione. Cause igitur ante cæte-
 ra argumenta doceantur. Quo tempore nos in acade-
 mia Valentina hæc præcepta discipulis nostris trade-
 bamus, multi Philosophi, & Medici, ac Theologi, à no-
 bis nequaquam expectati, ad nostrum gymnasium ac-
 cesserunt. Fuit autem hoc anno, 1564. prima sacri ie-
 iunij hebdomade, quo tēpore conciones sacræ à publi-
 cis prælectionibus Magistros, & sacrosanctæ Theolo-
 giæ Doctores, & interdū Medicos, auocare solēt. Nos
 ne tatarum disciplinarū auditores uideremur cōtem-
 nere, hac ex tēporali Chria prælectionē exorsimus.

Digressio in commendationem causarum.

B ij. Virgilij

solutio
obiecti-
nis

multis dormiens magnis

DE INVENTIONE

*A laude
auctoris.*

*Si nos omnes, qui
verba facturi sumus, aut
eloquentiam profitemur
eloquentes videamur
nihil vestra scitis
erunt meliores in
oratione de classibus.*

Virgilij Poeta laudes & encomia cōtemplans, & oneris, quod mihi imparato coram eruditis auditoribus necessario subeūdum est, molem vastitatemq; oculis prae metiēs, ita perturbor animo atq; expauesco, ut neq; mihi ingenium, neq; consilium suppeditet, & in ipsis penē faucibus constricta metu uox, nostraeq; cursus orationis obstupescat. De uobis nihil dicam, quoniā ut ait Demosthenes, *εἰ μὴ ἡ μᾶς ἀπαντες οἱ μέλλουτες λέγειν δεινοὶ φανείμεν ὄντες, ἔσθ' ἄρ' τὰ ὑμέτερα ὅς οἱ δ' ὅτι βέλτιον ἔοικ'.* De Virgilio uerō quid dicam? Nōne Latinum Homerum omnes appellamus? Hoc solo duce, huius elegantia, & ubertate, post illa. M. Tullij fulmina longē lateq; coruscantia, Romani ueteres Graecae gentis fremitum nimio plus insonantem compescere potuerūt. Multum profectō debet Latina res Mātuanō coelo, sub quo eloquentiae specimen longē clarissimum & natum, & parte quadam educatū est. Equidem Poetam hunc censeo unum esse inter omnes unicum, singulis autem instar omnium. Fudit Homerus multa, hic collegit: ille sparsit, hic composuit. dicam liberē, quod sentio, quantum à plebeia ineptaq; muliere matrona distat, tantū sumus ille uir à nostro Mantuano uate superatur. Non enumerabo omnia, ne tam exigua dicēdi facultate, hoc est, exigua cymba magnum oceanum tranare admodū inepte uidear. Omittam flosculos oratorios, poëticos sales, encyclopediae totius lumina, quibus ille abundat: Vnum illud ex 3. Georgicorum contemplemur. Felix qui potuit rerum cognoscere causas. Magnifica sanē

Ab expositione.

uox, & tanto Poeta digna sententia. Quid enim aliud nobis

nobis uoluit diuinus uates exprimere, nisi felicitatem à
 uulgo aut in diuitijs, aut in pulchritudine, aut in forti-
 tudine collocari: apud sapientes uerò, illum felicem iu-
 dicari, qui possit rerum omnium causas agnoscere. Nec *A causa;*
 id quidem temerè pronunciauit. Siquidem tanta est cau-
 sarum utilitas, ut uel mediocris, nedum solida earum co-
 gnitio, possit adolescentem doctum efficere. Nullus est
 locus in tota Philosophia utilior, aut illustrior. Ex eo
 enim demonstrationes oriuntur, gigniturq; sciētia. Ve-
 rè dixit Cicero: nihil fieri sine causa: & nullius rei, cau-
 sa remota reperiri originem posse. Cum Socrates &
 Phædrus in meridie sub arbore quadam colloqueren-
 tur, in cuius ramis cicadæ aliquot cantillabant: roga-
 uit animantes illas Socrates, ut Phædro persuaderent,
 donec sufficienter philosopharetur, eum nunquam suffi-
 cienter aliqua de re esse dicturum. Quibus equidem, si
 interfuissem ipse, easdem simili uoce compellassem: Ci-
 cadæ generosæ, Musarum alumne, suadete Phædro pul-
 chro adolescenti, nullam philosophiam, nullamq; disci-
 plinam uel artem, nisi per causarum cognitionem, ha-
 beri posse. Nam ars ab experientia, & methodicus ab
 empirico, qua alia, nisi causarum ratione, distinguun-
 tur? Hic quidem ueluti coquus, quia expertus sæpe gra-
 tam palato bubulam è sinape, semper cum illa apponit
 sinapem. At uerò medicus propter quid fieri debeat, co-
 gnouit: quia uiscosa & lenta materia bubulæ carnis, ac-
 crimoniam utinictus extenuari solet. Iam apud Oratores
 possibile, honestum, utile, unde probari consueuere, nisi *A contra*
 ex causis? At contra, qui causas ignorat, andatarum *rio.*

DE INVENTIONE

more oberrat infelix, iaculatur sine scopo, nec uidet,
 nec audit, nec quod oportet intuetur. rei cuiusq; quan-
 tumuis leuissima & abiecta motum stupidus admira-
 tur. Quemadmodum enim ubi Urbani uiri circulatorum
 rem quempiam prodigiosa quaedam factitatem laeti &
 alacres intuentur, rustici uero & in caula educati pa-
 uore inaudito consternantur, ignorata prodigiorum
 causa: sic illi qui efficientem, materiam, finem, & for-
 mam non agnoscunt, uel leuissima rerum mutatione
 commouentur. Non ignorabat hoc M. Tullius, qui cum
 de Mithrydatico bello diceret, causas eius diligenter
 omnes excussit, finem primum, gloriam populi Romani,
 salutem sociorum, uectigalia publica, tum facultates ef-
 ficientium causarum: primum ex Mithrydate, quantum
 bellum sit, quod coniungant duo potentissimi reges Mi-
 thrydates & Tigranes, renouent agitatae nationes:
 deinde ex Pompeio, uires Romanas apponit, quod in
 hoc Imperatore sit scientia rei militaris. &c. Pro Mi-
 lone, finem Clodio necandi Milonis posuit spem consu-
 latus & impunitatis, & efficientes causas meditatae cae-
 dis, quod Clodius esset expeditus in equo, quod stipatus
 barbaris seruis. Et pro Rosc. Amerino remouet omnes
 causas parricidij, ut suspicionem quoq; tanti facinoris
 remoueat. Menalcas quoq; Virgilianus laudaturus suum
 poculum, argumentum coepit a causis, nempe materia,
 opifice, & forma: pocula uocat fagina Alcimedontis
 manu confecta. Longum autem esset recensere exempla
 Aristotelis, & Platonis, quandoquidem constat nullam
 eruditam disputationem reperiri, quae non exquisitum
 illud

illud ex causis docendi genus sequatur: rectè & prudèter Laconicus ille Poëta Persius homines ad sui ipsius cognitionem excitans exclamat.

Disciteq; ô miseri, & causas cognoscite rerum.

Quid sumus, aut quidnam uicturi gignimur, ordo

Quis datus, aut meræ quàm mollis flexus & unda?

Quare quis non Virgilium laudibus extollendum ius dicabit, qui tam acutè ueram studiosorum felicitatem expresserit, qui tam eleganter causarum dignitatem commonstrarit? ad hanc doctrinam uos adolescentes uoco, in hac multorũ præclara ingenia sudauere. Causarũ fons maximus & uberrimus est, unde omnis scientia rerum diuinarum & humanarum promanauit. à quibus si ueritatem ulla in re optamus nosse, & percipere, haurire debemus: si bellum gerendum est, si deliberandum de pace, si artes diligenter explicandæ sunt, si quid denique iudicio & ratione æstimandum, uel explicandum, nobis causæ considerandæ & perspiciendæ sunt. Iam ergo, οὐρ τῶ θεῶ παλάμῃ. causarum præcepta & ab omnibus commendatam doctrinam auspicemur.

Epilogus
breuis.

CAPVT I. DE CAUSIS.

Causa est, unde effectus aliquis existit. Sunt autem causarum formæ 4. nempe, Efficiens, finis, materia, & forma. M. VeltKirchius in commētariolo, quo Erasmi Roterodami libellum de copia rerũ illustrauit, 12. uulgatas causarũ diuisiões oratori necessarias esse credit, sed nullũ adfert argumentũ probabile, quo id nobis persuadeat. quare has 4. tantũ explicemus, reliquas aut physico, aut primæ philosophiæ interpreti relinquamus

DE INVENTIONE
DE EFFICIENTE:

Efficiens est, quæ sua vi rem efficit. Efficientium uero alia natura agunt, alia consilio & delectu.

Natura agunt & necessitate quadam, illa quæ iudicio carent, ut Sol, ignis, herba, gemmæ: atq; horum quædam nature conatu agunt, quædam externa ui. Nature conatu ea, quorum in ipsis agendi principium est, nullo externo adiuuante: ut ignis urit natua caloris ui: externo impulsu agunt ea, quibus ab alio uis agendi est impressa: ut aqua feruens calefacit, uerum nõ sua sed ignis ui, à quo hæc calorem accipit. Sic tormenta bellica alieno impulsu, lapides aut globos æneos iaculari solent.

Dialecticorũ est ille locus cõmunis: efficientem causam naturalem, necessariam, non impeditam, necessario sequitur effectus: qui ea sublata necessario tollitur. Ut si ignis est, non potest non urere, modo sit admota materia. Efficientes consilio sunt Deus, Angeli, homines & uarie diuiduntur, nempe in

Quibus liberum est agere uel nõ agere.

Procreantes.

Conseruantes.

Efficientes solas.

Efficientes cum alijs.

Hoc est, cum ministris, adiuuantibus, instrumentis, quæ uulgò concause dicuntur. Vocantur etiam omnes hæc causa efficientes per se: alia uero per accidens, ut:

Necessitas.

Casus.

Fortuna.

Procreantes uocantur patres, matres, opifices: conseruantes uerò, quæ rem tuentur, ut leges sunt causæ cõseruantes remp. Locus communis Dialecticorũ hic est. Posita causa uoluntaria poni potest & effectus, qui ea remota tollitur: ut si sutor est, consui calceus potest, si deest non potest. Si doctrinam expetis, docti autores legendi sunt, & docti præceptores audiendi. Ad efficiẽtem causam reuocari potest occasio, ut, gladium irato præbuit, cædis igitur est autor. Venenum porrexerit, occidit igitur. Refutantur argumenta, si ex causis non necessarijs concludatur effectus, ut pluit, quoniã spirat auster. Oratores ad efficiẽtem causam reuocant argumenta ab honesto, utili, necessario, possibili, &c. Sed præcipuè in statu cõiecturali spectari solet efficiẽs consilio, cùm quæritur, an uoluerit? an potuerit? Obseruandũ est hoc studioso ad causarũ naturam cognoscendam. Primò, idem quod est causa, interdũ etiam est effectus, & quod est forma, est efficiẽs: sed diuersa ratione, ut, anima est forma hominis, efficiens actionũ uitalium, finis generationis humane. Secundò eiusdem effectus plures sunt causæ, quarum aliæ propinquæ, aliæ remotæ. Tertio eadẽ causa reddit cõtrarios effectus, diuersa tamen ratione, ut Sol indurat lutũ, & liquefacit ceram. Quarto secunde causæ non agunt sine prima.

Prima copię rerum exercitatio.

Postea quàm Orator efficiẽtes causas ad suam sententiam confirmandam scrutatus est, tum deinceps enumeratione multarum causarum efficiẽtium, copiosam orationem efficit, & auditorem uel inuitum

B V

trahit

qui in sup
ficio tes
sunt de paf
sur lege
Ne paf
apofidei p

trahit, quoties rem non nudam exponit, sed altius etiā causas repetit, à quibus initijs sit profecta, ueluti si cui non satis sit dixisse fugatum esse Sarracenum ab Hispano, uerū etiam addat.

Quæ fuerint simultatis causæ,

Quis instigator,

Quæ suscipiendi belli occasio,

Quæ uincendi spes,

Quæ utriusq; fiducia.

Huius rei exempla permulta dabit Liuius, nonnulla etiam Salustius, sed nullum est Ciceroniano laudabilius, quod habes actione tertia in Verrem de Lampasano Philodamo. Quoniam uerò mox ubi de narratione probabili agemus, id ipsum allaturi sumus, ne bis idem repetamus, ex oratione pro M. Marcello sumemus exemplum.

Ciceronis exemplum.

Nam bellicas laudes solent quidam extenuare uerbis, easq; detrahere ducibus, communicare cum multis ne propriae sint imperatorum. Et certè in armis, militum uirtus, locorum opportunitas, sociorum auxilia, classes, commeatus multum iuuant: maximam uerò partem quasi suo iure fortuna sibi uendicat: & quicquid est prosperè gestum, id penè omne ducit suum, at uerò huius gloriae, Caesar, quam es paulò ante adeptus, socium habes neminem: totum hoc quātumcunq; est, quod certè maximum est, totum, inquam, est tuum: nil tibi ex ista laude Centurio, nil Praefectus, nil chors, nil turma decerpit: quin etiam illa ipsa rerum humanarum domi-

na fora

na fortuna, in istius se societatem gloriæ non offert: tibi cædit, tuam esse totam ac propriam fatetur.

Vides hic à Cicerone efficientes & adiuuantes causas adhibitas? Sex enumerantur adiuuantes cause, quæ Cæsari uictoriam compararunt, unica est efficiens absoluta: nempe Cæsar autor suæ clementiæ, eaq; amplificatur remotione aliarum causarum adiuuantium. Cæterum si quid occurreret tibi obscurum in hoc exemplo M. Tullij, Consule scholia nostra quæ Cæsaraugustæ idibus octobris. 1560. à Petro Bernuz typographo excusa sunt, quo tempore amplissimo senatus Cæsaraugustani stipendio utramq; linguam & oratoriam facultatem publicè profitebamur.

Exemplum Pœticum.

Vitam quæ faciunt beatiorem,

Iucundissime Martialis hæc sunt:

1 Res non parta labore, sed relicta:

2 Non ingratus ager, focus perennis:

4 Lis nunquam, toga rara, mens quieta.

7 Vires ingenuæ, salubre corpus:

9 Prudens simplicitas, pares amici:

11 Conuictus facilis, sine arte mensas

3 Nox non ebria, sed soluta curis:

5 Non tristis torus, attamen pudicus:

6 Somnus qui faciat breues tenebras:

7 Quod sis esse uelis, nihilq; malis:

8 Summum nec metuas diem, nec optes.

Hic Martialis efficientes causas beatæ uitæ ad copiam rerum ostentandam eleganter enumerat. Nos ut audientes

tores

tores nostros commodius ad præcepta intelligenda, & intellecta semel ad usum & calamus reuocanda exci-
tare possimus, exemplum quo timidum quendam in no-
stra Comœdia Thalaßina securitatis efficientes cau-
sas exquirentem fecimus, adferemus. Acta est Comœ-
dia Calendis Februarijs. 1564. Valentia.

Exemplum nostrum.

Quid faciam? quò me uertam? Si qua ærumnis meis
aut calamitatibus inter amicos occurrunt auxilia, quæ
aduersis rebus perfugium, afflictis solatium, oppressis
remedium aliquod præbeant, ea nunc rogo crudelissi-
mos defendant impetus, illicitas propulsent iniurias,
opem & salutem ferant. Faueant proceri gigantes, uo-
races antropophagi, cyclopes, deformes phocæ, hor-
rèdi manes, lamia, nocturni lemures. Hanc ueræ inno-
centiæ causam tueantur Dryades, Oreades, Naiades,
Pan, totaq; Satyrorũ turba bicornis, Dij deæq; omnes,
rerũq; pater oceane, æquũ prospicite. Salue me Iupiter
catenas immeritò huic tenui corpusculo additas agno-
scis, si quis est insanus uentorum stridor, si qua uis pro-
cellarum, grauis fragor turbinis, si quis tubarum clau-
gor, si quis Bacchei ululatus, Saliorum, Corybantum,
motus hoc æuò ^{consp}reperiãtur, statim uno impetu confluat:
quò hosce hostes meos deterreant, & territos tandem
possint repellere, fugare, & inuitos auertere. Quot-
quot sunt scrobes, & speluncæ, emissaria omnia, nubilũ
indigestumq; chaos, montium uertices, densa uirgulta,
nunc nunc me pro uallo & aggeribus obducant, ne am-
plius hisce uinculis inuoluar ab hisce hostibus infester:
Accusabunt

Accusabunt nos fortasse Zoili, quòd audacter, ne dicam temerè præceptis Rhetoricæ exempla nostra coniungamus. Sed his respondebimus ea quæ autor ad Herennium in præfatione lib. 4. aduersus istos reprehensores obseruauit. Exempla plura desideras, dabit Tullius de Senectute, cum ait, caret epulis e, m. & f. poculis & c. Ibi enim intemperantiam conuiuiorum efficiëntem causam facit cruditatis, uimolentiæ, & insomni. Idem pro Cluentio leges causas conseruantes facit. Hoc enim uinculum est huius dignitatis, qua fruimur in R. h. f. l. h. f. & c. In Pisonè est grauis reprehensio à causis procreantibus o, familiæ, nõ dicam Calphurniæ f. c. n. & c. in epistola ad Octauium: cuius auus fuerit argentarius astipulator pater. Et. c. pro Murena concludit Sulpitium non esse nobilem: pater fuit equestri loco, auus. n. i. l. c. Pro Ligario deprecationem sumit à causa efficiëte consilio, suscepto bello Cæsar gesto e. c. & paulò post ab efficiente fortuita errauit, temere feci, poenitet. Ad clementiam tuam confugio. E. c. Virgilius à procreantibus Aeneam reprehendit lib. 4. Nec tibi diua parens. g. n. d. autor. Ouidius otium amoris causam appellat, Hæc ut ames faciunt, E. c. primo de Remedio amoris. Urbium conditores causas efficientes uocat. 6. Aeneidos Romulus Assaraci e. c. Tandem quoduis opus excellens ex ingenio & nobilitate sui autoris commèdari potest. Vt Alexandri imago ex Apelle, Comœdiæ latinæ ex Terentio, ornata oratio ex Cicerone, Iupiter Olympius ex Phidia statuuario commendatur.

DE FINE.

Finis

Finis est, cuius gratia aliquid fit. Est autem hoc nomen translātū à terminis, quibus res concluduntur. Ad finem enim causæ reliquæ referuntur & unaquæq; res suo fine comprehenditur. Sic beatam uitam Philosophi finem bonorum appellant, quò omnia consilia, & rectè facta hominum referri debeāt, est autem duplex: summus, & destinatus.

Summus seu perfectus & ultimus est, qui per se expectatur, qualis est cuiusq; rei status in suo genere optimus, ut hominis est mente & consilio rationeq; maximè præditū esse, & felicitas seu beata uita. Equi ferocem esse, ignis maximè calidum esse & siccum. Aquæ maximè humidam & frigidam. Terræ herbis & alijs rebus ornari. studiorum finis eruditio, & rectum de diuinis & humanis rebus iudicium, belli pax & concordia.

Destinatus est qui ad supremum consequendum comparatur, ut cibus, potus, uestitus, opes ad tuendam uitā. Belli fuga, hostium uictoria. Destinatorum alij alijs priores sunt, & aliorum gratia facti: ut calx & lapides parietis causa, hic domus, domus habitationis. Dialectici argumēta sumunt à fine ad destinatum, & à destinato ad finem. Locus cōmunis. Cuius rei finis est bonus, ipsa quoq; bona est, & contrā. Vt uirtus bona, quoniam bona est beata uita. Si malum est adulteriū, sollicitare nuptas malum est. Si gladium ferre licet, licet bit & uitam tueri. Huc pertinet locus ab usu: ut cū sit utilis nauigatio, utilis etiam nauis est. Cauē ne argumentum ab abusu sumas, nam ineptum erit, si dicas, malum uinum, quoniam homines ebrios reddit.

Secunda

Secunda variandi ratio.

Integrum est studioso ad illustrandam orationem
 uarios fines destinatos coniungere, ut extremus finis
 uehementius urgeat: ut hic facit Cicero.

Ciceronis exemplum.

Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie Phar
 salica gladius agebat? Cuius latus ille mucro petebat?
 Qui sensus erat armorum tuorum? Quæ tua mens?
 oculi? manus? ardor animi? Quid cupiebas? Quid opta
 tabas? Nimis urgeo: commoueri uidetur adolescens, ad
 me reuertar. Iisdem in armis fui. Quid autem aliud egia
 mus, Tubero, nisi ut quod hic potest nos possemus &c.

Tanta elegantia, tanta ubertate, tanto animi ardore
 M. Tullius persequutus est argumentum hoc à fine,
 ut Cæsarem uel inuictum eò adduxerit, ut Ligario para
 ceret. Sunt planè uehementissima orationis uerba, quibus
 non tantum Tuberonis, sed & Cæsaris animum ita
 mouit, ut Cæsar quasi furens, libellos quos in manu ha
 bebat, abijciens innuerit Ciceroni: quasi omnia daturus
 & facturus, quæcumq; Cicero peteret pro Ligario. At
 si quis huius loci elegantiam, uim, schemata, rerum com
 piam, probè perpendat, non mirabitur hoc à Plutar
 cho scriptum esse in hunc modum. Fertur Cæsar ad am
 icos dixisse: Ligarius ille diutiùs nobis molestus fuit,
 eumq; damnare certissimum est, nihil tamen prohibet
 audire Ciceronem. At quum orare Cicero cœpisset, tanta
 orationis uarietate, tanta gratia admirabilis fuit, ut
 Cæsari, quãuis in hac causa, & iudici, & aduersario,
 tamen

33

Ligario

interp
 ratio
 niente

DE INVENTIONE

tamen ueluti stupefacto, & extra se posito, color uariis
mutatus sit, & libelli quidam e manibus exciderint.

Exemplum Poëticum. *et cetera*

Aeole (namq; tibi diuum pater atq; hominum rex,
Et mulcere dedit fluctus & tollere uento)
Gens inimica mihi Tyrrenum nauigat equor,
Ilium in Italiam portans, uictosq; penates,
Incute uim uentis, submersasq; obrue puppes:
Aut age diuersas, & disuice corpora ponto
Sunt mihi bis septem praestanti corpore Nymphae:
Quarum, quae forma pulcherrima, Deiopeiam
Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo:
Omneis ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.

Iuno in Italiam prosperè nauigantibus infensa, Aeolium orat, ut Troianos tempestate uexet, praemium pollicetur Deiopeiam coniugem, amplificat donum duplici coniugij sine, solatio uitae, & pulchra prole. Iuno deus est, de quo nubes creantur, ex nubibus aquae seu Nymphae.

Exemplum nostrum, in quo urbs quaedam Hispaniae in tumultu aut seditione, uulgo Germania appellata, ciues suos alloquitur.

Commoueor equidem uehementer, auditores charissimi, quotiescunq; naturam ipsam benignam matrem larga manu uobis raras corporis & animi dotes tribuentem contemplor: deinde uos ingrato animo tanquam priuignos ipsi reluctantes aspicio. Illa uos non solum celeritate mentis ornauit, sed etiam sensus tanquam satellites

satellites attribuit ac nuntios, figuram corporis habilem, & aptam ingenio humano dedit, uocem canoram & placidè tinnientem, os & brachia ad osculū & amplexus, quibus facile amicitia comparetur, & cū cæteros animantes abiecerit ad pastum, solos uos erexit ad celiq; quasi cognationis, domiciliq; pristini cōspicū excitauit, uos audacter hisce omnibus neglectis ferarū more belluinas pugnas exercetis, ego misera quæ uos muro, tectis & fortissimis parietibus cōplexa sum, ut ab iniuria cæli, à seuitia belluarum, ab eruptionibus Sarracenorum defenderem, uideo nunc mæsta induere arma, capere hastas, equos conscendere, sinistras sagis inuoluere, gladios distringere, ac multis illatis & acceptis uulneribus bonum quemq; ciuem & pro patria impigrè pugnantem interficere. Proh dolor clamore militum, tympanorum tubarumq; sonitu, fragore tormentorum, pulueris bombardici nube, armorum strepitu, mentes omnium ciuium meorū adeo ^{meis, uocibus} tonitas cōfusasq; hisce diebus uidi, ut cuncti promiscue cæci furore, & uecordi audacia proruentes, cū nec uoces Tesseraq; dignosci, nec uideri signa, nec ducum imperia exaudiri possent, magnam stragē per mutuum errorem ediderint. &c.

Reliquas causarum species, nempe materiam & formam, absq; ullis exēplis adferemus: quoniā hæ duæ rarō absq; adiunctis ad locupletandā orationē assumuntur.

D E F O R M A.

Forma, est causa per quā unaquæq; res est id quod est, et à cæteris rebus distinguitur. Vocatur à Græ

C cis



eis $\mu\omega\sigma\phi$ uniuscuiusq; rei species, & tanquam propria
 & naturalis nota. Formæ officia duo sunt: primum, ut
 rem informet, & sic in natura tueatur, ut ea sublata
 prorsus res ipsa immutetur. Secundum, ut rem cuius est
 forma, à reliquis rebus distinguat. Sic Aristoteles
 proprietatem essentia & differentia ei in Topicis tri-
 buit: omnia enim præcipue sua forma differunt. Sic for-
 ma hominis, est anima rationalis. Hæc enim causa est,
 cur homo sit homo & à cæteris rebus differat: sic rea-
 bus naturalibus omnibus sua forma est, ut leoni, equo, ar-
 bori, cælo: sic artificiosis rebus, ut domui, naui: sic etiam
 incorporeis, ut calori, uirtuti, uitio, sua forma est. Hæc
 sola è causis suo effectui est congenita: itaq; si forma sit,
 & formatum esse necesse est: & contra, ut Dialectici
 colligunt posita forma, consequitur uis & facultas rei,
 ipsaq; res ponitur: quæ omnia, remota forma, tolluntur,
 ut, cælum uoluitur, quoniam ~~est~~ fundum est. Cum Deda-
 lus alatus non fuerit, profectò subuolare non potuit. Nō
 sapiunt bestia, quoniam sunt mentis & ratione destituta.
 Matrimonium non est, quoniam defuit legitima, &
 consensu unita societas. At uerò formarum cognitio in
 unoquoq; perdifficilis est, homini perobscura: ac si uis
 deantur tamen sunt sine nomine, ut sua forma, manum,
 annulum, gladium, uides. Et tamen harum rerum for-
 mam unamquaq; suo nomine appellare non possis: imò
 uerò longa circuitione uerborum, quemadmodum co-
 gnitio formarum scientiam perfectam, & absolutam
 efficit, ita homini perdifficilis est. Ideo Timæus Plato-
 nicus ait, perpaucos homines ueræ intelligentia esse

partia

participes, & Democritus αἴτιον ἂν εἶδη ἰδμεν, ἢ εὐθὺς ἰ-
 γὰρ ἀλήθεια. communi ratione & definitione intelligea-
 mus esse rerum formas: at quid singularis & unaquaeque
 forma sit, ut leonis, equi, arboris ab hominibus ignorat-
 tur, etsi cognoscitur ut corporis humani, ut navis, uix
 multis rebus collectis exprimitur.

DE MATERIA:

Materia est causa, ex qua res fit, uel materia est
 causa, ex qua res uel naturalis, uel artificiosa
 componitur: ut homo ex corpore & animo, statua ex
 auro uel ære. Dialectici & Oratores aientia & negan-
 tia argumenta ab ipsa materia plerunq; sumunt: ut si nis-
 bes apparent, pluuia fieri possunt: si pannus est, uestis pa-
 rari potest: si nulla sit farina, panis fieri nequit. Locus
 communis: materia posita, consequi effectus potest: sed
 ea sublata, necessario tollitur materiae permanentis effe-
 ctus: ut, non est hoc argentum, nec statua igitur argen-
 tea: idq; per tempus praesens. In transeunte falsum est, ut
 farina non fuit, uel farina non est, panis cum sit: dicen-
 dum farina non fuit, uel farina non est, panis igitur fie-
 ri non potuit. Ceterum permanens materia uocatur, quae
 in priorem materiam redire potest. ut domus constru-
 eta ex lapidibus, lignis, & calce. Transiens seu mutabi-
 lis est, si ex farina & aqua panis fiat. Si ex melle &
 uino mulsum. Haec enim in priorem materiam redire
 non possunt. Materiam & formam non raro partes
 appellamus, quod haec initia sint & elementa, quibus
 uniuscuiusque substantia componitur.

Atq; haec de causis, si quis plura desiderat, legat

Ioannem Argenterium medicum, & Iacobum Acontium
Tridētinum. Nobis sat est, hæc paucula obseruasse, qui
non Philosophum, sed oratorem potius informamus.

Caput I I. De Effectis.

Effectū est, quicquid ē causis existit. Vocatur uul-
gò his nominibus.

ἀιλιὰ τὸν.

πρᾶξις.

ἔργον.

ἐνέργεια.

ποίησις.

γένεσις.

Causatum.

Actio.

Opus.

Actus.

Effectio.

Generatio.

A Cicerone effectum, effectus, Euentū, euentus. Idem
nomen propriè ad efficientes causas refertur: aliqua
tamen ratione cum cæteris etiam causis comparatur.

Nam & finis alliciendo, & forma rei, naturam con-
stituendo, & materia patiando etiam ad effectū adhi-
bētur. Itaq; effecta de omnibus causis existere possunt.

Nec uerò tantum in præteritis rebus effecta consy-
derantur, sed etiam in his, quas quis facit, aut factu-
rus est. Ut cum disputatur, quid factururus fuerit Alexā-
der Magnus si in Italiā uenisset: tum enim effecta Ale-
xandri non præterita, sed futura memorantur.

De hoc loco aut argumenti genere deducit præcep-
tum illud Plato in Phædro, ut in omni re spectemus
quid efficiat. Ad hoc argumentum referuntur laudes
& uituperationes, quarum pleni sunt libri sacri, &
prophani, pleni annales, plena hominum uita.

Huc

*Effecta
origo
rebet
in fut
re fut
Hinc pe-
zūtur ar
gumenta*

Huc referenda sunt

Dicta,
Scripta,
Consilia:

ab honesto,
utili,
& iucundo.

Deliberationes etiam, si omnino ad exitum perducte non fuerint, ut autem causae omnes rerum corporearum communes sunt, sic etiam effecta.

Usus Dialecticus.

Euenta in uniuersum dicuntur quae oriuntur ex causis, sed effectus proprie sunt qui causas efficientes consequuntur, ut fabri domus, sutoris calceus.

Posito effectu causam eius propriam uel adesse, uel adfuisse necesse est: at effectu sublato causa tollitur. Ut quoniam dies est, solem exortum esse dubium non est. Cauendum autem ne ab effectis improprijs argumenta ducantur. Quae contingentia potius uideantur, quam effecta: ut pallet, amat igitur. Adolescens est, prodigus igitur.

Destinata seu effecta causae finalis, ut domus habitationi, Medicina sanitati, arma defensionis hi fines destinati & conferentes appellantur. Ut cum gladium portare liceat, profecto uim propulsare licebit. Non autem inferre iniuriam. Si bellum gerendum est, neruus belli pecunia primum est quaerenda.

Effectus materiae dicitur opus ex materia compositum, ut gladius ferri effectus est, & panis tritici ab euentu materiae permanentis aientia dicuntur argumenta ferrens est gladius, & ferrum igitur est ab euentu transcuntis, Panis est, fuit igitur farina. Effectus formae uel

uentus est rei uel naturalis uel fortuitæ facultas, & actio propria, ut hominis effectus est ridere, loqui, ratiocinari posse, lapidis deorsum cadere. Arboris crescere, frondes, flores, fructus producere: candoris candidum reddere, ut si candidum est, & candor igitur: si rationis expertes sunt Pygmaei, profectò homines nò sunt. Apposito formæ effectui ponitur & forma: illo sublato & hæc tollitur.

Tertia copiae rerum exercitatio.

Coniungunt interdum Oratores uaria effectuum genera, ut causæ à quibus effectus oriuntur, illustriores appareant, & auditor excitetur, sic Cicero in Sextiana, ut ostendat Pisonem, & Gabinium totius cladis Romanæ causas, & autores esse uarios & crudeles effectus recenset.

Ciceronis exemplum.

Et si me attentissimis animis summa cum benignitate auditis iudices: tamen uereor, ne quis fortè uestrum miretur, quid hæc mea oratio tam longa, ac tam altè repetita uelit, aut quid ad P. Sextij causam, eorum, qui ante huius tribunatum Remp. uexarunt, delicta pertineant. Mihi autem hoc propositum est ostendere, omnia consilia P. Sextij, mentemq; totius Tribunatus hæc fuisse, ut afflictæ, & perditæ Reip. quantum posset, mederetur. Ac si in exponendis uulneribus illis de me ipso plura dicere uidebor, ignoscitote: nam & illam meam cladem uos, & omnes boni maximum esse Reip. uulnus iudicastis: & P. Sextius est reus non suo, sed meo nomine: qui cum omnem uim sui Tribunatus in mea salute consumpsit.

sumpserit, necesse est meam causam præteriti temporis cum huius præsentis defensione esse coniunctam. Erat igitur in luctu senatus: squalibat ciuitas, publico consilio mutata ueste: nullum erat Italiae municipiũ, nulla Colonia, nulla præfectura, nulla Romæ societas uectiæ Galium, nullum collegium, aut concilium, aut omnino aliquod commune consilium, quod tum non honorificentissimè decreuisset de mea salute: cum subito edicunt duo consules, ut ad suum uestitum senatores redirent.

Quis unquam consul senatũ ipsius decretis parere prohibuit? Quis tyrannus miseros lugere uetuit? parumne est Piso (ut omittam Gabinium) quod tantum homines fefellisti, ut negligeres aut autoritatem senatus? optimi cuiusq; consilia contemneres? remp. proderes? consulare nomen affligeres? Etiamne edicere audeas, ne mœrerent homines meam, suam, reip. calamitatem? ne ue hunc suum dolorem ueste mutata significarent? nam siue illa uestis mutatio ad luctum ipsorũ, siue ad deprecandum ualebat, quis unquã tam crudelis fuit, qui prohiberet quenquam aut sibi mœrere, aut cæteris supplicare? Martialis etiã Ligurinu Garrulum poëtam, molestum & importunum fuisse, ex effectis ostendit in hunc modum.

Exemplum Poëticum.

Occurrit tibi nemo quod libenter,

Quod quacunq; uenis, fuga est, & ingens.

Circa te Ligurine solitudo.

Quid sit scire cupis? nimis poëta es.

Hoc ualde uitium periculosum est.

C iij

Non

quomodo le
hystorion
trijos

Non Tigris catulis citata raptis,
 Non dipsas medio perusta sole.
 Nec sic Scorpius improbus timetur,
 Nam tantos rogo, quis ferat labores?
 Et stanti legis, & legis sedenti,
 Currenti legis, & legis cacanti.
 In thermas fugio, sonas ad aurem.
 Piscinam peto, non licet natate.
 Ad coenam propero, tenes euntem,
 Ad coenam uenio, fugas sedentem.
 Lassus dormio, suscitās iacentem.
 Vis, quantum facias mali, uidere?
 Vir iustus, probus, innocens timeris.

any
triuier

ayme huius
toy ager fado

EXEMPLVM NOSTRVM QVO

paraphrasi liberiore Horatij uersus illos ex Epi-
 stola ad Torquatum interpretamur.

Quid non ebrietas designat? operta recludit,
 Spes iubet esse ratas: in praelia trudit inermem,
 Sollicitis animis onus eximit: addocet arteis.
 Fœcundi calices quem non fecere disertum?
 Contracta quem non in paupertate solutum?
 Ecphrasis nostra in puerorum gratiam.

Designare
est inuisita
tum, & no
uum quid
dā efficere

Vah quantum mali parit hominibus ebrietas, quid
 non innouat, quid non efficit? operta omnia & quæ ta-
 ceri præstitisset, loquitur. Spem alioqui uanam ebrio
 certissimam ostendit. Eundem impellit, ut inermis bel-
 la gerat, & se omnibus curis liberum esse, disciplinis
 ornatum arbitretur. Calices uino pleni, disertos homi-
 nes, & in summa paupertate hilares efficiunt.

Para

PARAPHRASIS NOSTRA

Paulò Liberior.

Quid enim nō designat ebrietas? quid nō efficit? *zist*
 hæc est quæ aperit arcana omnia, ebriū ipsum
 ad extremū fatū perducēs. Hæc est quæ inani ac prorsus
 uana spe homines deludit, hæc militē ignauū omni ar-
 morū genere destitutū, ad atrox & periculosum præliū
 perducit, hæc solitudinem & curam rei gerēdæ adi-
 mit, hæc in causa est ut inepti & imperiti uino madi-
 di sibiipsis persuadeant se disciplinarum omnium en-
 cyclopediā absq; ullo aut præceptore, aut labore fuis-
 se consecutos. Calices autem generoso referti uino, &
 amystides, Threiciæ, quæ nō efficiunt disertū, & admis- *garr*
 randa quadā uerborū copia & ubertate insignēs? Age
 ebrietatis uires & effecta accuratius aliquanto perpē-
 damus: ut facile agnoscant ebrij, quantā sibi calamitatē
 breui, & fœda uoluptate cōparent: sed quid ago miser?
 Ebrios uino sepultos uocem meam audituros existimo?
 Nullius uocem audiunt, nullius admonitiōnē intelligūt,
 nullius obiurgationis asperitatem sentiunt. Nimirum
 quod ut corpus mortui nullis punctis, sic ebrij animus
 nullis monitis excitari posse uideatur. Nullū profectō in
 homine ebrio membrū cōstat, omnia ab officio recedūt.
 Caput fœdis exalationibus disrumpitur, cerebrū uer-
 tiginē tentatur, oculi torquentur, aures undoso spiritu
 crepant, lingua uacillat, sermo futilis est, oris halitus
 teter, stomachus subuertitur, & reijcit putriā sabur-
 ram, his accedit cordis palpitatio, manuum inepta, &
 insana gesticulatio, pedū lubricus incertusq; gressus,
 C v inquit

nocturna, & turpes ronchi, furiales somni, mentis excessus, alui ac vesicæ spurcissima solutio, ut in hac elixir die miseri ebrij, tanquam in coeno lutulentæ sues, per sepe uolumentur. Adde his omnibus subitanam mortem, quæ plerumq; pulmones abstruente potu, consequitur.

Caput III. De subiectis & adiunctis.

Subiectum, est cui aliquid adiungitur, ut anima est subiectum.

Receptaculum adiunctorum.
 δεκτικόν
 υποκειμε
 νον.

Scientiæ,
 Ignorantiæ,
 Virtutis,
 Vitij.

Corpus.

Magnitudinis.
 Paruitatis.
 Sanitatis.
 Morbi.
 Roboris.
 Infirmitatis.
 Pulchr.
 Deform.

Homo.

Diuitiarum.
 Paupertatis.
 Honoris.
 Infamie.
 Vestitus.
 Comitatus.

Locus

Locus est subiectum rerum in eo sitarum. Subiectum sensus sic habet. Color, uisus, sonus, auditus, odoratus, odor, gustatus, sapor, quia sensus in sensibilibus occupatur. Virtutum & uitiorum subiecta cap. 7. Ethic. Explicantur fortitudo in periculis, temperantia in uoluptatibus: uersatur

Lactantius de opificio dei cap. 9. efficiencia uocatque uiam seruum mouens.

Liberalitas in pecunijs,

Magnitudo animi in honoribus,

Clementia in ira

Veritas in dictis & factis

Iustitia in iure cuique tribuendo.

Vitia in iisdem contrarijs uersantur.

Vsus Dialect.

Sublato subiecto mouentur tam adiacentia, quam actus: qui omnino non sunt, in ne miseri quidem esse possunt, non irascitur, quoniam felle caret, non pugnant cum grui- bus Pigmæi qui nulli sunt. Posito subiecto tribuuntur etiam natua adiuncta & actus, ut ignis est, calidus igitur, homo est, aptus igitur ad risum: dilui possunt si necessaria non sunt.

Secunda Agraria ostendit Cicero à subiectis inter Campanos nullam contentionem esse, quia nullus sit honos. Non gloriæ cupiditate efferebantur propterea quod u, h, p, n, e, dissideret pro lege Manilia non enim sole sunt illæ uirtutes imperatoriæ, quæ uulgo existimantur labor in neg. f, i, p, c, i, a. Prouidendo.

Adiunctum est.

Quod subiecto adiungitur, exempla habes supra ubi de subiectis egimus. Reuocanda autem huc sunt quæ uulgo.

adiac

Adiacencia.

Verisimilia.

Antecedentia.

Consequentia.

} Appellantur.

Interdum etiam locus & tempus & circumstantia
omnes adiuncta dicuntur.

Quarta locupletandi Ratio uel copiae
rerum exercitatio.

Quoniam usus copiae in subiectis & adiunctis idem
est, nos subiecta & adiuncta coniungimus, esse autem
eundem usum, ex eo colligo: quod si quando laudamus,
aut uituperamus subiectum, id facimus enumeratione
adiunctorum. Cicero in ea quaestione pro Roscio Compe-
do, iocatur in Chæream hominem fraudulentum, ab
adiunctis colligens argumenta. Sunt autem exempla sua-
uissima in Pisoniana, sed proluxa: ego ne mei libelli mo-
les purum studiosum deterreat, exempla breuiora exa-
quiro. Sic ergo depingit Chæream.

Exemplum Ciceronis.

Nonne ipsum caput, & supercilia illa penitus abra-
sa olere malitiam, & clamitare calliditatem uidentur?
Nonne ab imis unguibus usque ad uerticem summum, si-
quam coniecturam affert hominibus tacita corporis fi-
gura, ex fraude, fallacijs, mēdacijs constare totus uide-
tur? Qui idcirco capite & supercilijs semper est ran-
sis, ne pilum ullum uiri boni habere dicatur.

Martialis.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine luscus:
Rem magnam praestas Zoile, si bonus es.

Exemplum

Sapientis somnabitur apud

1710/11

Exemplum Virgilij, quo uestitum & comitatum
Reginæ ad adiuncta reuocat.

Oceanum interea surgens Aurora reliquit.

It portis iubare exorto delecta iuuentus:

Retia rara, plagæ, lato uenabula ferro

Massiliq; ruunt equites, & odora canum uis.

Reginam thalamo cunctantem ad limina primi

Pœnorum expectant ostroq; insignis, & auro

Stat sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit.

Tandem progreditur magna stipante caterua,

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo:

Cui pharetra ex humero, crines nodantur in aureis,

Aurea purpuream subnectit fibula uestem.

Nec non & Phrygi comites, & lætus Iulus

Incedunt: ipse ante alios pulcherrimus omneis.

Infert se socium Aeneas, atq; agnuma iungit.

Exemplum nostrum, quo lætam nauigationem in

nostra Comœdia Sigonia descripsimus: quæ

acta fuit in Academia Valentina

Calendis Maij. 1563.

Erat permixtum lacrymis gaudium, dum hi Patriã
Hispaniam lætitia exultantes expetunt: illi fratres abeũ
tes requirunt. Post mutuos ergo tum uxorum, tum li-
berorum, tum amicorum complexus, & oscula: magna
celeritate omnes ad littus peruenerunt. Quis poterit
ulla oratione complecti omnia, quæ eo tempore oculis
nostris occurrebant. Triremes, quadriremes, naues lon-
gas & actuarias, nunquàm Neptunus ipse aut melius
edificatas, aut instructius adornatas uiderat. Vexilla
Cæsaris

Cæsaris elegantissimè depicta huc atq; illuc uentò agitata coruscabant. Ex omnibus nauigijs globi ænei, ferrei, & marmorei, tanto impetu & strepitu mittebantur, ut cœlum ipsum mugire & boare crederetur, tãto fragore, tanta concussione, tormenta bellica emissa tonabant, mariaq; cœlo commiscebant, ut montes ipsos scopulos & abruptas quæ mari impendent rupes, uelut Iouis fulmine quassatas terra discedente, in abyssos sese abdere & absorberi putares. Erat præterea non tam audire iucundum, quàm uidere gratum, cum tubas, liutos, buccinas, cornua classica, tibias, tympana, bellum cum quiddam resonantia: tum pugnas illas umbratiles nauium inter se concurrentium. Margines uerò, littora, ripæ, tecta, fenestræ, loca omnia quæ in mare prospiciebant sic confertim erant stipata, & stipatim conferta ac plena spectantium, ut sese mutuo propemodùm nimia compressione enecarent. Plena erant omnia gemitibus, suspirijs, lachrymis dum sublatis ad sydera manibus nobis orã soluentibus bene precantur, prosperamq; profectionem ac reditum nuncupatis uotis exoptant.

Caput IIII. De Oppositis.

Opposita, sunt quæ de eodem, secundum idem, & ad idem, & eodem modo, & eodem tẽpore, dici & uerè affirmari non possunt. Sic Socrates albus & ater non potest eadem parte esse, pater & filius eiusdẽ, diues & pauper eodem modo, sanus & eger eodẽ tempore: at albus esse potest alia parte, & ater alia, pater huius, filius illius, spẽ diues, reipsa pauper, sanus hodie, cras eger.

Opposita

Opposita sua natura sunt inter se æquè nota, attamē alterum alteri oppositum clariùs elucescit. Quanquam enim ad rem accuratè demonstrandam oppositum non multum ualet: ualet tamen ad refellendum quidpiam, & ex alterius oppositione diligentius considerandum.

παράλληλα τὰ ἐναντία μάλιστα φαίνεσθαι

Opposita sunt } Contraria
 } Repugnancia.

Axioma celebratiuè 2. § 17.

Contraria sunt opposita, quæ plurimum differunt unum ab uno. Vt bonum à malo, pater à filio, uidens à cæco, iustum à non iusto.

capitibus 3. Rhetorici.

Aristoteles in Categorijs quadripartitam contrariorum diuisionem facit. Sed commodius & facilius res ipsa percipietur, si primùm duo genera proponantur, deinde singulis suæ species subiiciantur: tum enim illustrior & clarior existet doctrine ratio.

Plato Alcibiade 2.

Contraria igitur sunt } Affirmata.
 } Negata.

κ, μὴ δ' ὅσοι ὑπέρ

Affirmata item duorum generum } Relata
 } Aduersa.

ἐναντία ἐνὶ πράγμασι πως ἀγείη; ἀλλ' ὁδὸς μᾶλλον.

Relata, sunt contraria affirmata, quorum essentia mutua est: ut pater qui filium habet, & filius, qui patrem habet. Horum proprium est sese mutuò & uicissim definire, ut pater filij pater, filius patris filius. quod alijs contrariorum generibus non simul conuenit: non enim bonum dicimus mali bonum, aut contrà: nec bonum

Duo unius rei contraria esse non possunt nullo modo.

num

Z
 ἀμα φῶ-
 σα ἴσα.

3
 4

S

num, non boni bonum. Proprium etiam est simul natura esse. Nam simul aq; pater est, filium habet: si filius obierit, patris qualitas iam perit, quod in cæteris oppositis nequaquam est: nec enim eorum essentia simul & oritur, & interit, quanquam eorum notitia sit æqualis, & simul natura. Itaq; si quis relatorum alterum nouerit definite, & reliquum definite nouerit. Relata nomine relationis nullam dissensionem faciunt, sed cōsensionem potius: opposita tamen efficiunt. Nam cū patris qualitas quedam tibi occurrerit, protinus in hac relationis specie filius oppositus occurret. Sum tuus pater, non igitur tuus filius: sum tuus dominus, nō igitur tuus seruus. Ex hac ergo qualitate relata sunt opposita. Relata sic opposita sunt, ut mediū tamen habere possint. Nam inter patrem & filium, medius est, cui nec pater, nec filius uiuit, inter dominum & seruū liber. Illud autem medium relatis extremis, relatum nō est: imō uerò ne cōtrariū quidem illis est. Nam medius inter patrem & filium, nec patri uec filio opponitur.

Aduersa sunt contraria affirmata, quorū essentia distincta est, ut candor & nigror: candor, est color disgregans uisum, nigror est color congregās uisum. Hæc Cicero uocat aduersa, sed in scholis contraria dicuntur. Adde in definitione affirmata: ut distinguantur à priuantibus & contradicentibus. Apponitur præter eā quorum essentia distincta est, ut à relatis separētur, quorum essentia est mutua. Candor igitur & nigror aduersa sunt, quia utrunq; est affirmatum: & alterum non comprehenditur in alterius essentia, id est, alterum

in alterius definitionem non adhibetur. Ut pater in es-
sentia filij, sic bonum & malum, calidum & frigidum,
virtus & vitium opponuntur. Hoc genere oppositionis,
unum duntaxat uni oppositum esse potest. Atq; hæc ha-
bent medium, ut album & nigrum, quibus medius est ruf-
fus: uel carent medio, ut sanum & ægrum, libertas &
seruitus.

Galenus
inter sa-
nū & æ-
grum me-
dium sta-
ruit.

Immediā
ea vul-
gus vo-
cat ut sa-
pientia

Contraria negata sunt, quorum alterum continet al-
terius negationem. & sunt

Priuantia aut Contradicentia.

stulticia

Priuantia, sunt contraria negata, quorum alterum
est habitus, alterum habitus priuatio, ut uisus, cæcitas,
pauper & diues: pauper est priuatio, diues habitus.

segritia

Hæc medio carent si alterum insit à natura, ut mors &
uita nil habent tertium in his rebus, quæ uitæ partici-
pes esse possunt. Itaque ex unius affirmatione alterius
negatio, aut cōtra concluditur. & hæc opposita de re
singulari, cui alterum possit attribui, uerum & falsum
semper diuidunt, ut Socrates mortuus est; non igitur
uiuuit.

Quorum

unum id

quod reue-

ra est si-

gnificat

alterum

eius pri-

uationem

ut aspe-

ctus cæci-

tas huma-

nitas in

hu. eloquē-

tia infir-

tia. Habē-

tus res

presentia

seu adep-

tio est pri-

uatio eius

Contradicentia sunt contraria negata, quorum al-
terum ait, alterum negat omnino idem, ut iustus nō iu-
stus. Neq; hinc affirmatio aut negatio sunt certi genes-
ris propriæ ut in priuantibus, sed cōmunes omnium, quæ-
uis enim priuatio intelligatur per negationē habitus,
aliud tamen est priuatio, aliud negatio.

Illæ certi cuiusdam generis, & subiecti propria est,
& tantum significat aliquid non inesse in re, in qua
natura inesse possit.

D Hæc

dem ab-
sentia seu
rei que
desse po-
sunt amif-
sio, siue
quam na-
tura ad se
se voluit,
idque tem-
pore sta-
tuto no-
que enim
vel casu-
lus aspe-
ctus vel pri-
er denti-
bus ante-
quam per-
erat ha-
bere pos-
sit, caret.
In Cate-
gor. cap.
10. de
αποφασί-
Talanus.
71.

Hæc communiter significat quicquid non est in re affirmata.

Itaque negatio latius patet, quam priuatio: Solū enim animal particeps uisus, potest dici cæcum, quando priuatur naturali facultate uidendi, at uerò non solum animal dicitur non uidens, sed domus, sed uestis, sed res aliæ infinite. Quare hæc negatio (non uidens) non respicit certum aliquod & proprium subiectū, at priuatio hæc (cæcum esse) circa proprium & certum subiectum uersatur.

Contradictoria ubique carent medio, semper enim alterum uerum, alterum falsum est.

Repugnantia definitione tantū explicantur, & exemplis: partitionem nullam capiunt. Sunt ergo opposita non maximè differentia unum ab uno: sed unum à pluribus. Ut homo, arbor, lapis. Duorum autem contrariorum interdum aliquid medium est: nec tamen ijs est contrarium: sed repugnans: ut uiride cinericium, rubrum media sunt inter album & nigrum, quæ singula extremis & inter se repugnantia sunt.

Priuantium unum interitus est alterius: ut si bonum est patria, miserum est exilium, si tenebræ sunt, lumen abest. Si eloquētia laudabilis est, uituperanda infantia.

Quinta copia rerum exercitatio.

Enumerationem aduersorum, priuantium, & contrariorum, non solum fidem facimus, sed etiam locupletamus orationem, ut Cicero in sequenti exemplo facit.

Exemplum

Exemplum Ciceronis ex prima Tusculana.

M. Si ergo apud inferos miseri non sunt, ne sunt ulli apud inferos quidem. A. Ita prorsus existimo. M. Vbi sunt ergo hi, quos miseros discis, aut quem locum incolunt? Si enim sunt, nusquam esse non possunt. A. Ego uerò nusquam illos esse puto. M. Igitur ne esse quidem? A. Prorsus isto modo: & tamen miseros ob id ipsum quidem, quia nulli sunt. M. Iam malle Cerberum metuere, quàm ista tam inconsideratè diceres. A. Quid tandem? M. Quem esse negas, eundem esse dicis. Vbi est acumen tuum? Quum eum miserum esse dicis, qui non sit, tunc eum qui non sit, dicis esse. A. Non sum ita hebes, ut ista dicam. M. Quid dicis igitur? A. Miserum esse (uerbi causa) Marcum Crassum, qui illas fortunas morte dimiserit: miserum Cn. Pompeium, qui tanta gloria morte sit orbatus: omnes denique miseros, qui hac luce careant. M. Reuolueris eodem: sint enim oportet, si miseri sint: tu autem modò negabas eos, qui mortui essent. Si igitur non sunt, nihil possunt esse, ita ne miseri quidem sunt. A. Non dico fortasse etiam quod sentio. Nam istud ipsum non esse quum fueris, miserum puto. M. Quid miserius, quàm omnino nunquam fuisse? ita qui nondum nati sunt, miseri iam sunt, quia non sunt: & nos ipsi si post mortem miseri futuri sumus, miseri fuimus antequam nati. Ego autem nō commemini ante quàm sum natus, miserum de me. Tu si meliore memoria es, uelim scire, & ecquid te recordere. A. Ita iocaris, quasi ego dicam eos esse miseros, qui nati non sunt, & non eos miseros, qui mor-

tui sunt. M. Ergo esse dicis eos? A. Imò quia non sunt,
 quum fuerint, eos miseros esse. M. Pugnanti te loqui
 non uides? Quid enim tam pugnat, quàm nò modò mi-
 serum, sed omnino quicquam esse, quod non sis? An tu
 egressus porta Capena, cum Catalini, Scipionum, Ser-
Nativi uiliorum, Metellorum sepulchra uides, miseros putas
 illos? A. Quoniam me uerbo premis, posthac non ita
 dicam miseros esse, sed tantùm miseros ob id ipsum, quia
 non sunt. M. Nò dicis igitur, miser est Marcus Crassus:
 sed tantùm, miser Marcus Crassus. A. Ita planè. M. Quasi
 non necesse sit, quicquid isto modo pronuncies, id aut
 esse, aut non esse. An tu Dialecticisne imbutus quidè es?
 In primis enim hoc traditur, pronunciatum omne (sic
 mihi in presentia occurrit, ut appellarem ἀξιωμα: utar
 post alio, si inuenero melius) id ergo est pronunciatum,
 quod est uerum aut falsum. Quum igitur dicis, miser
 M. Crassus: aut hoc dicis, miser est M. Crassus, ut possit
 iudicari uerum id falsumne sit: aut nihil dicis omnino.
 A. Age iam concedo non esse miseros, qui mortui sunt:
 quoniam extorsisti ut faterer, qui omnino non essent, eos
 ne miseros quidem esse posse.

Exemplum Poëticum, quo Martialis. i. lib. à con-
 tradicentibus Fabulam reprehendi t

Bella es, nouimus, & puella, uerum est:
 Et diues, quis enim potest negare?
 Sed dum te nimium Fabula, laudas.
 Nec diues, neq; bella, nec puella es.

Catullus iratus Furio Pisarenfi, paupertatē illius sal-
 sifico

siſſimo iucundiſſimoq; uerſu oppoſitorū enumeratione
inſectatur, carmen adſcribam:

Endecaſyllabo

Furi, cui neq; ſeruus eſt, neq; arca,
Nec cimex, nec araneus, nec ignis,
Verum eſt & pater, & nouerca, quorum
Dentes uel ſilicem comeſſe poſſunt. *pebernal*
Eſt pulchrè tibi cum tuo parente,
Et cum coniuge lignea parentis,
Nec mirum, bene nam ualetis omnes, *oppoſita*
Pulchrè concoquitis, nihil timetis,
Non incendia, non graueis ruinas,
Non facta impia, non dolos ueneni,
Non caſus alios periculorum.
Atqui corpora ſicciora cornu,
Aut ſi quid magis aridum eſt, habetis,
Sole, & frigore, & eſuritione, *ambre*
Quare non tibi ſit bene, ac beatè
A te ſudor abeſt, abeſt ſaliua,
Muccuſq; & mala pituita naſi.
Hanc ad munditiem adde mundiores
Quòd culus tibi purior ſalillo eſt,
Nec toto decies cacas in anno,
Atq; id durius eſt faba, & lapillis,
Quod tu ſi manibus teras, fricesq;
Non unquam digitum inquinare poſſes.
Hec tu commoda tam beata Furi
Noli ſpernere, nec putare parui,
Et ſeſtertia qua ſoles precari
Centum, deſine, nam ſat eſt beatus.

D iij

Non

DE INVENTIONE

Non ignoro lector charissime, uersiculum decimum nonum, & quosdam alios sequentes, indignos esse tuis auribus: sordissimi enim sunt. Sed tamen quoniam superiores aliter intelligi non poterant, coactus istos apposui. Facete quidem, ut omnia deesse dicat, ea quoque deesse dicit, quæ planè sordida sunt: nèpe cimex, & araneus. Summam autem paupertatem notat, cum ait, nec ignem adesse. Pulchrum uerò Cicero non raro beatum intelligit. Catullus ergo, cum dicit, est tibi pulchrè, & corpus habes cornu siccius: oppositis contradicentibus usus est. Quoniam uerò Sol exsiccatur, frigus contrahit, esuritio extenuat: acutè sole, frigore, & esuritione, coniunxit.

Exemplum nostrum, in quo ostendimus ex oppositis, qua ratione doctor Theologus publicè interpretaturus diui Matthæi sacrosanctum Euangelium, possit discipulos suos ad tantum autorem intelligendum & ediscendum commouere.

Libri extant, auditores charissimi, nostro seculo à maioribus relictæ, tum sacri, tum prophani, ex quibus, si modò libeat diligenter eos scrutari, possimus omnia bona & felicitatis thesauros colligere. Sed inter omnes scriptores, qui utiliùs, uberiùs, commodiùs, Diuo Matthæo scripserit, repertus est nemo. De alijs libris sacris nihil dicam, quoniam illi tum demum laudantur, & ab Ecclesia Romana sacratissimi iudicantur, cum ad hunc sacri Euangelij librum proximè accedunt. De alijs, qui ab Arist. Platone, M. Tullio, & similibus scripti sunt
disse-

differamus paulisper: ut illorum tenebrae, caligo, confusio, inopia: huius splendor, lux, perspicuitas, & diuitiae cognoscantur. Libri prophani, aut ethnici, de humanis artibus, & oppificijs, de prudentia aut publica, aut priuata uerba faciunt. Hic de immortalitate ac bonis aeternis, unde non immerito sacrum Euangeliū à Graecis & Latinis appellatur. Libri Ethnici, nunciant uenire ad imperium, ad regnum, ad opes, ad potentiam mundi huius fragilis & incerti, ad epulas, ludos, uoluptates, decus, laudem, rigidā atq; inanem uirtutis umbram, ad terram fluentem lacte & melle, ad puellas formosissimas & quotidiana conuiuia. Euangelium uerò, celeres atq; expeditos ad amandū Deum, ut cū illo ad aeternitatem iungamur, unde beatitudo inestimabilis existet. Pythagoras & Parmenides, atq; hos secutus Plato, si quid sibi de diuinis uel abstrusis in natura rebus uiderentur exculpisse occultabāt sedulo, uel si literis mandarent, obuelabant uerbis raris, exquisitis, obscuris. Plato mysteriola quaedam sacra Dionysio explicans, addit haec uerba: caue ne haec epistola ueniat in manus indignorum. At Euangelium Matthaei facile, dilucidum, apertum omnibus traditum est: nulla ab eo aetas excluditur, aut repellitur: nullus sexus, natio, conditio, ideoq; catholicum nuncupatur. Libri ueterū admirabili splendore uerborū, & copia lectorem detinent, sed addita uel mediocri diligētia sedulus lector agnoscit artificium, & anilia figmenta contemnit. At in Euangelio quanquam ea est facilitas, quae apta sit omnium ingenijs, & narrationes simplices, similia & exēpla

D iij

pla

pla sumpta de rebus notissimis, tamē in hac ipsa facilitate & simplicitate tam utili, tā cōgruēti quibuslibet, magna occultātur mysteria, quæ diutissimē exercere possunt magna atq; sublimia ingenia, ac pascere bona et religioni dedita. Nullū enim est in Euangelio uerbū, quo nō tegatur grāde aliquod & admirabile arcanū. &c.

Capit. V. de Comparatione, aut

ut uulgus uocat, de comparatis.

ARgumenta simplicia in tribus generibus considerata sunt, quorum primum fuit in causis & effectis, alterum in subiectis & adiunctis, tertium in oppositis: quorum omnium consideratio simplex est. Sed in comparatis res non spectantur simpliciter, ut antea, sed per collationem quantitatis, & qualitatis. Itaq; superiora illa argumenta interdum comparata sunt, cum eorum quātitas aut qualitas cum alia re comparatur, nec argumentorum genera re ipsa, sed ratione duntaxat & genere tractationis differunt, cum præsertim una & eadem res modò causa, modò subiectū esse possit. Comparata sunt, quæ inter se conferuntur. *συμβλητικῶν* cap. 13. lib. 1. Topicorum uocantur comparatio *οὐκ ἀξιῶν* cap. 4. lib. 1. & cap. 4. lib. 3. Topicorum.

In comparatis duo intelliguntur: res de qua agitur & quæ ei cōparatur *πρότασις* & *ἀπόδοσις* propositio, & redditio dicuntur. Sed usus uariis modò enim argumentum proponitur, modò res redditur, modò contrā ut in exemplis perspicies. Comparata circa quantitatem, uel qualitatem uersantur. Quanquam autem

in

in Categorijs Aristoteles quantitatē tantummodo statuit in numero, & magnitudine: idem tamen capit. 2. lib. 4. & cap. 3. lib. 11. Primæ Philosophiæ ait quantitatē esse in omni entium genere, quæ res sint æquales uel inæquales. Est igitur quantitas par, uel impar.

Paria sunt, quorum est una & eadem quantitas, uel quæ neq; maiora sunt, neque minora. Argumentum igitur paris erit, cum par explicatur à pari.

Id fieri solet his notis.

Par

Idem

Non magis.

Par leui-

Æquale

Tantum quantum

Non minus.

bis ven-

Æquare

Tanto quanto.

tis. 2. Aeneid.

Aliquando nulla harum notarum præponitur, Terentius Adelphis: quando ego non curo tuum, ne cura meum.

Paria cognosco esse

Comparatio parium, seu definitio illustratur axioma Topico & Aristoteleo, cap. 4. secundi Topici.

in l. Mis-

Parium inquit, si alterum non inest, neque reliquum: si uerò alterum, & reliquum. Ideoq; ualet hic locus *ἴσ' ἀμ*

vana. 3.

ἴσ' ἀμ, ad affirmandum, & negandum.

Aeneid.

Aliquando ex oppositis par efficitur ratio, quæ in relatis & priuantibus certa est, interdum etiam in ad-

tt) nunc

uersis. Pater est filij dominus: filius igitur est patris seruus. Visus est habitus sensus, cæcitas igitur est priuatio sensus. Dixi in aduersis aliquando certam esse, non per-

æquali te-

petuam & catholicam: quoniã uitiosè cõcluditur, si dicas: candor est iucundus, ergo nigror est iniucundus. Homo est animal, ergo non homo, est non animal.

cum pube-

Comparatum impar est duplex, maius aut minus. Maius est quando quod esse minus difficile est, explicatur

scet auo.

4. cap. 3.

Topici.

3. cap. 2.

Topici.

D v

per

DE INVENTIONE

per id, quod esse difficilius est. Vt Miles potuit expugnare urbem, ergo & exercitus poterit: propria nota huius comparationis sunt, Vt non solum sed etiam cum, tum malo hoc, quam illud,

noli esse Sæpe sine ulla harum notarum hoc argumentum tractatur. Vt pro Muræna: noli tam esse iniustus, ut cū tui fontes u. inim tuis p. n. riuulos. & c.

O Socij neq; n. ignari. s. a. malor.

O passi grauiora d. d. h. q. f.

Vos grauiora mala passi estis, leuia igitur facile patiemini.

Comparatum minus est, quando quod esse difficilius est explicatur per id, quod esse facilius est. ut. Ante leues ergo pascentur in æthere cerui. & c. hic minus adhibetur ad maioris explicationem.

Comparatio in qualitate, est similitum, aut dissimilitum. Similia sunt quorum qualitas est una. Similitudo uerò planè & euidenter expressa duas habet partes, Protasim & Apodasim.

Notæ protaseos sunt
Quemadmodum
Vt

Apodaseos
sic
ita

Sicut

non secus

Veluti

non aliter

eodem modo.

He fite similitudines populares sunt, attamen exempla

pla

Virgilius
I. ancil.

Virgil. X.
ecloga

pla rerum factarum commodiora iudicat Aristot. 2. Rhetor. Huc autem referenda esse exempla quis ignorat? Agemus ergo de ratione locupletandi orationem per

Exempla,
Parabolas,
& Apologos,

Sed prius dissimilium naturam ostendemus, ut caput hoc de comparatis absoluamus.

Dissimilia sunt, quorum qualitas est diuersa: appellantur etiam differentia, ut dissimilitudo & differentia pro eodem usurpantur. Sunt autem notæ dissimilitudinis

Quanquam, tamen, non:

Sed dissimile diuersum,

Differens, non idem:

Itemque contra, & similitudinis notæ per negationem propositæ, non quemadmodum, non talis, non sicut. Cicero. 1. Epist. ad fratrem: Sit annulus tuus non tanquam uas aliquod, sed tanquam ipse tu. Sunt præterea multæ comparationis huiusmodi: ut Martialis lib. 5. ad Calistratum, sum fateor, semperque fui, &c. Interdum nulla nota adhibetur, quæ dissimilium collationem significet, ut est illud Catulli: Soles occidere & redire. p. &c.

Observandum uerò, de usu comparatorum hæc esse eruditorum sententiam: nempe comparationem quantitatis plus ad commouendum, qualitatis plus ad docendum & illustrandum ualere.

A dissentaneis autem dissimilia quomodo distinguantur, si quis non satis animaduertit, definitiones compararet, ut clarius intelligat: dissentanea enim re & ratione differunt. Antithetice hic tractaturus eram, sed

causa inuadit error quorumdam Rhetorū, ut cogat ea ad elocutionem referre.

ne dissident, nec simul esse possunt: dissimilia satis habent si ratione distinguantur, re ipsa dissideant, necne, nihil interest, candidus est: nō igitur niger dissentanea sunt: quia alterum ab altero non distinguitur solum, sed etiam tollitur. At cum Virgil. 2. Eclog. dixit quāuis ille niger, q, t, c, esses: dissimilia sunt, quia qualitas diuersa, ratioq; duntaxat consideratur: ut res ab altera distingui possit, non etiam tolli.

Sexta copiae rerum exercitatio.

Longum esset amice Lector, si parium, imparium, maiorum, minorum, similiarum, & dissimiliarum exempla proponerem. Sat erit, tibi ostendere, quo nam modo Cicero & Virgilius uarijs similibus, aut dissimilibus, orationem copiosam, & omni rerum ubertate amplificatam efficiant.

Exemplum Ciceronis ex lib. 1. de Inventione, in quo Aspasia ex duobus similibus tertium simile concludit.

Dic mihi quæso Xenophōtis uxor, si uicina tua melius habeat aurum, quā tu habes, utrum illius, an tuū malis? Illius, inquit. Etsi uestem & cæterum ornamentum muliebri pretij maioris habeat, quā tu habes, an illius malis? Illius uerò, respondit. Age si uirum illa meliorem habeat quā tu habes, an illius malis? Hic mulier erubuit. Aspasia autem cum ipso Xenophonte sermonem instituit. Quæso, inquit, si uicinus tuus melior equum habeat quā tuus est, tuūne equum malis an illius? Illius, inquit, quod si fundum meliorem habeat quā

quàm tu habès, utrum tandem illius malis? Illius, inquit
 meliorem scilicet. Quod si uxorẽ meliorem habes utrũ
 illius malis? Atque hìc Xenophon quoq; ipse tacuit.
 Post Aspasia quoniam uterq; uestrum, inquit, id mihi
 non solum respõdit, quod ego solum audire uolueram,
 egomet dicam quid uterque cogitet. Nam & tu mu-
 lier optimum uirum mauius habere, & tu Xenophon
 uxorẽ lectissimam habere maximè uis. Quare hoc ni-
 si perfeceritis, ut neque uir melior, neq; foemina lecto-
 rẽ interris sit profecto, id quod semper & optimum pu-
 tabis esse multò maximè requiretis & tu ut maritus sis
 cū optima muliere, & hæc quã optimo uiro nupta sit.

Exemplum Poëticum, quo ex tribus similibus de-
 clarat Ouidius, primo de Tristibus, cur me-
 tuat Augustum Cæsarem, præcedit
 tamen apodosis, protasis
 sequitur.

Esse quidem memini mitissima sedibus illis
 Numina, sed timeo, qui nocuere, deos.
 Terretur minimo pennæ stridore columba,
 Vnguibus accipiter sauciã facta tuis:
 Non procul à stabulis audent discedere, si quæ
 Excussa est auidi dentibus agna lupi.
 Vitaret cælum Phaeton si uiueret, & quos
 Optauit stultè, tangere nollet equos.

Exemplum dissimilium ex Ciceronis. 2. Philip. ubi dis-
 similitudo primùm breuis, mox latius explanatur:
 loquitur autem de Varronis Cassinate fundo,
 quem Antonius per uim occupauerat.

O tectũ

O tecta ipsa misera, quàm dispari domino (quàm
quàm quomodo iste dominus?) sed tamen quàm à dispa-
ri tenebatur? Studiorum enim suorum. M. Varro no-
luit esse illud non libidinum diuersorium: quæ in illa
uilla antè dicebantur? quæ cogitabantur? quæ literis
mandabantur? Iura populi Rom. monumenta maio-
rū, omnis sapientiæ ratio, omnisq; doctrina. At uerò te
inquilino, non enim domino, personabant omnia uocibus
ebriorum, natabant pauimenta uino, mdebant pa-
rietes, ingenui pueri cum meritorijs, scorta inter ma-
tres familiās uersabantur.

Antapo-
dosia.

Exemplum Poëticum, quo Hectoris foedè contrucidati,
& quondam florentis, ac triumphantis disti-
militudo ex uarijs rebus ostenditur.

In somnis ecce ante oculos moestissimus Hector
Visus adesse mihi, largosq; effundere fletus:
Raptatus bigijs, ut quondam, aterq; cruento
Pulvere, perq; pedes traiectus lora tumentis.
(Heu mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illi
Hectore, qui redit exuias indutus Achillis,
Vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus ignes)
Squalentem barbam, & concretos fanguine crines,
Vulneraq; illa gerens, quæ circum plurima muros
Acceptit patrios: ultrò flens ipse uidebar

Compellare uirum, & moestas exprimere uoces:
Exemplum nostrum, quo nobilem Hispanum in epistola
quam ad præceptorem nostrum Nicolaum Bie-
sum, uel Scirpum Flandrū depingimus.

Vidisses planè, præceptor optime, admirandam me-
tamor

metamorphosin. Utinam quæ sentio possem uerbis signifi-
 cantibus exprimere. ut cædidi flores ligustrorum sta-
 tim cadunt, & pereunt, hyacinthi purpurei leguntur:
 sic candor formæ iuuenilis breuis, & propè momenta-
 neus ab illo Patricio amico tuo discedens intra dies
 octo hoc effecit, ut Phoebus ille ^{Ἰουλιανὸς} Homericus
 uideretur, & uicini omnes, qui illum antea alacrem &
 formosissimum agnouerant, tam repentina mutatione
 sordidum, & deformem, factum admirentur. Nudius
 tertius illum uidi lugubri indutum ueste, capilloq; in
 sacerdotis morem circumtonso, oculis deiectis, atq; ani-
 mo ad diuinarum rerum cõtemplationem penitus ab-
 stracto: sic ut humanis omnibus curis, ipsisq; pariter
 uoluptatibus, quibus antea luxuriosè studuerat, renun-
 tiasse uideretur. Utinam quod cœpit constanter absol-
 uat. &c.

Septima copiae rerum exercitatio.

Quoniam diximus exempla ad locum similiũ re-
 uocari, par erit, ut rationem tractandi exem-
 pla commonstremus. Adhibentur ergo exempla ad ali-
 quid probandum, ad laudes, consolationem, uituper-
 ationem, ad animos permouendos, & similia. Horum
 igitur, ut uim quàm maximam, maximeq; uariam com-
 parare, & in promptu habere conuenit, ita uariè tra-
 ctare oportet.

Augentur ergo laude rei, autoris, gentis unde su-
 muntur: ut si Cantabricum factum, aut dictum adhi-
 beas, præfari poteris. Eam gētem sapientia & rei mil-
 litaris

Biscaya

2 litaris ac civilis disciplina cæteris antecelluisse, & exē
 3 plis pulcherrimis semper abundasse. Aut si exemplum
 ex aliquo autore sumas, poteris illius fidem, aut gra-
 uitatem commendare. Si pium uideri uoles quod ad-
 fers sumatur à pietate commendatio: atque item de
 cæteris.

Ioann.
 Aguilo
 nius.

4 Augentur etiam exempla, si fusius aut latius expli-
 centur, cum ex aggerationibus atque amplificationi-
 bus. Vt si persuadere studeas, ad prudentiam multum
 conducere peregrinationes, multarum rerū inspectio-
 nem, in Ioannis Aguiloni Caroli. s. domestici ab ore,
 ut uocant, & quæstoris regij Valentini Mœcenatis no-
 stri laude aliquādiu commoratus, poteris fuse enarra-
 re, quam ciuitatem reliquerit, & quam ob causam, &
 quæ maria traiecerit, & quas barbaras nationes, quò
 capitis periculo adierit, & quibus cum sit congressus,
 & quid mirandum conspexerit, & quantum temporis
 abfuerit, & quanto illustrior simul ac sapientior in
 patriam redierit. Exemplum habes in principio secū-
 di libri de Inventione, ubi Cicero de Zeuside Helenam
 picturo uerba facit.

Eadem dilatandi ratio est in exēplis fabulosis. Dia-
 cemus hæc ab antiquis non sine causa fuisse conficta,
 neque temere tot iam seculis magno mortalium consen-
 su fuisse celebrata. Deinde quid sibi uoluerint inter-
 pretabimur in hunc modum. Quid innuit Circes fa-
 bula, ueneficijs homines uertēs in feras, nisi eos qui ne-
 quaquam ratione ducuntur, sed totos sese dederūt tur-
 pibus affectibus, iam præter hominis uocabulum nihil
 habere

habere hominis, & pecudum naturam induisse Marsyas excoriatus docet non esse certandum cum potentioribus. Salmonius in tartara deturbatus, docet non esse tentandum, quod supra fortunam nostram esse uideatur.

Exempla omnia dilatari possunt, parabola, id est, *ἰσομυθία* seu collatione, tum comparatione seu contentione. Parabola est, cum accommoda similitudo, quod adductum est exemplum, ostendit aut simile esse, aut dissimile, aut contrarium. Qui igitur copiosissime uolet exemplum tractare, is singulas similitudinis, aut dissimilitudinis partes explicabit, & inter sese conferet: ut M. Tullius facit de legato occiso. Multum etiam ad hoc conducit, plures circumstantias inter se componere, & sententias ac epiphonemata in huiusmodi contentionibus admiscere. Ut si uicinum meum hortor, ut filij mortem moderatè ferat, exemplum alicuius mulieris ethnice recitabo, quo absoluto licebit similitudinis, & dissimilitudinis partes, in hunc modum explicare.

Exemplum nostrum

Quid hoc uir fortissime? Audistine quae diximus? Nonne te haec exempla commouent? Nonne te istorum, quae de te audiuius pudet? Narrant uicini, te in tanta calamitatis cogitatione defixis in caelum oculis obstupescentem, acerbissimoque dolore perculsum, in uestigio concidisse, cum rigerent adhuc oculi, nec ullis fomentum tibi exanimato uita subito deliquo quasi erepta reddetur. At hoc non fecit muliercula, cuius nunc mentionem feci. Quod illa omnibus destituta uiribus potuit, tu uir tantis instructus naturae praesidijs non fereres? Ne

mo sanus à muliere fortitudinis laudem expectat: at uir
 nisi forti sit animo, frustra uiri nomen adeptus est, fru-
 stra prominentem barbam gestat, & turpiter à foemis
 na pectoris robore superatur. Illa numerosam filiorum
 turbam nullas effundens lacrymas sepulchro tradidit,
 tu unum extinctum, perpetuo defles? Adde quod illius
 filij simul omnes naufragio perierunt, morte plane ob-
 scura, tuus in bello fortiter pugnans occubuit. Illa non
 habebat cui filios honeste imputaret, tu filium impen-
 disti patrie. Magnum uero doloris solatium est, habere
 cui honeste possis imputare fortunam. Illi perierunt
 uere, tuus immortalis fruens gloria longe felicius uiuit.
 Illa naturae gratias agebat, quod aliquando tot libero-
 rum mater fuisset: tu hoc unum in mentem reuocas, quod
 optimum filium amiseris. Illa cum esset maior, quam ut
 uterum iam ferre posset, omnem sarcinam orbitatis spe
 infelix perdidit: tu & uxorem fecundam, & aetatem
 integram ualentemque conseruas. Ergo quod barbara
 muliercula prestitit, tu uir Hispanus non prestabis?
 Quod contemnere potuit literarum imperita, hoc
 tot disciplinis ornatum, tantum Philosophiae doctorem
 frangit? Denique qua animi fortitudinem prestitit ethni-
 ca, hanc homo Christianus non exhibebit? Illa credens
 animas simul cum corporibus interire, tamen flere eru-
 buit: tu qui coelestis uitae immortalitatem plane cogno-
 uisti, impudenter clamas tibi periisse filium? Quod illa
 equo animo reddidit naturae, tu Deo repetenti negas?
 Illa fortiter obtemperauit necessitati, tu Deo Opt. Max.
 repugnas? Querisne ut iratus Deus, simul cum filio gra-
 tiffi

tissimam coniugem ab ~~amata~~

Parabolam ab exemplo permulti sic distinguunt, ut Exemplum sit certæ rei gestæ, Parabola similitudo sumpta ab his quæ fiunt, aut quæ natura casuue rebus adiuncta sunt: ut Attilius ad hostes reuersus, exemplum est seruandæ fidei. At nauis pro uentorum ratione uelum tollens, aut contrahens, parabola est, quæ docet sapientem tempori cedere. Eadem tamen ratione et parabola, et Exemplum dilatarî solent. Cicero pro Murena. Quod si è portu soluētibus, qui iam in p. e. a. i. p. s. s. & c. usq; ad uocem subeundas.

Imaginem, quæ Græcè εἰκόνη dicitur, Parabola, seu collationi similem esse dicimus: discrimen tamen hoc statuo, ut Imago sit comparatio breuissima, Parabola uerò Imaginis copiosior explicatio. Velut si dicas, ut asinus fuste non depellitur à pabulo, nisi satur: ita bellator non conquiescit à cæde, donec expleuerit animum suum. Parabola est. Si uerò dixeris aliquem leonis more in hostem insilisse, εἰκόνη est. Dilatari potest Imago

per *παρωχηρ* seu inductionem, exemplum tanquã apertum prætermitto. *ex multis partibus uelut qd ferri uicium singulare*

Contentionem demonstratiuam uocant Rhetores, quando in genere demonstratiuo laudandi, aut uituperandi causa personam cū persona conferimus. Ut Plutarchus confert Demosthenem cum Cicerone. Crescit uerò rerum copia si ad unius hominis, aut rei laudem, seu uituperationem personæ complures, aut res adhibeantur. Veluti si illustrem. D. Lodoicum Ferrerium Prefectum Valentinum laudaturus, ex multis excerpas

Collatio:

Imago:

*p videt
variaz
chomul
it cap 2*

D. Loo

doicus

Ferre-

rius Gio

berna-

tor ut

quod uocant.

E ij

quod in quocumque maxime excellit. Julio Cesare felicitatem animique presentiam, ex Alexandro magnanimitatem, ex Augusto urbanitatem, ex Tito seniore civilitatem, ex Traiano sanctimoniam & clementiam, ex Antonio glorie contemptum, atque item de ceteris. Similiter & in vituperando. Præterea si iracundiam detestans conferas eam cum enormi temulentia, cum phrenesi, cum morbo comitiali, aut demoniaco. Aut si lingue virulentiam damnans, componas eam cum habitus hominis pestilentia laborantis, cum afflatu serpentum, quibus est venenum presentissimum, cum exhalatione quorundam lacuum, aut specuum subitam mortem adferente.

Tabiq. 2.

ib. 8. cap.

5

Iudicia huc reuocanda esse credunt multi, sed nos ad argumeta assumpta reuocamus. Sunt autem iudicia uigiosæ sententiæ scriptorum illustrium, gentium, uirorum. Idem ualent Apophthegmata, hæc omnia Græcè collegit Stobæus, Latine Lycosthenes. Extat etiam uastum uolumen, quod inscribitur, Stephani Bellengardi sententiæ. De Apologis lege Aphthonium, ibi reperies quæ sit ratio dilatandi Apologi. Nos tamen si uidemus ad locum à comparatis reuocari, tamen quia puerilis est exercitationis, & progymnasticæ, ideo præmittimus. Ne uero occasio moroso lectori ad reprehendendum relinquatur, addemus summa capita, reiectis exemplis. Apologus ergo ad rerum copiam dilatari solet,

à laude auctoris,
ab Epimythio,
natura animantis,

sermo

sermocinatione per prosopopœiā,
 à collatione,
 à contrario,
 epilogo.

Cap. VI. de Notatione.

Posteaquàm de primis argumentis egimus, ea quæ
 sunt à primis orta persequemur. Sunt autem Ety-
 mologia, Coniugata, Diuisio, & Definitio.

Etymologia, est nominis interpretatio: ut animo-
 sus, animi plenus: homicida, qui hominem occidit. A Ci-
 cerone notatio dicitur: ab Aristotele λόγος ὀνόματι,
 definitio nominis: λόγος ὀνομαστικῆς, definitio nominalis
 τόπος ἀπὸ τοῦ ὀνόματι, locus à nomine.

Notatio à Grammaticis & Dialecticis dissimili ra-
 tione tractatur: ab illis ut accidentia dictionum do-
 ceantur: ab his, ut ex origine & natura res ipsi signifi-
 cationi subiecta arguatur, & probetur. Sunt etiam qui
 originationem uocent, quod origines & causas omnium
 aperiat, unde orta ductaq; sunt. Valet autem notatio ad
 iocandum, ut cùm Cicero Verrem à uerrendo uocat.
 Sed interdum multam continet eruditionem & doctri-
 nam, cùm uocabulorum ortus, & partus, diligenter ex-
 quiruntur. Sic Plato in Cratylo de origine nominum
 Græcorum disseruit. Et M. Varro de Latinis uerbis
 multa tradidit. Poëta sæpenumero his utuntur, ut cùm
 Ianum à ianua, hostiam ab hoste, uictimam à uincendo,
 Augustum ab augendo, Aprilem ab aperiendo dedu-
 cunt. Obseruanda est reciprocatio notationis cum no-

mine ipso, quod notatur. Nam uicissim se arguunt, ut si philosophus est, profectò sapientiæ studiosus est: si non est sapientiæ studiosus, nec philosophus. Sed in hoc exemplo cognitam ac labore partam sapientiam intelligo, ne rudis & iners, qui non est philosophus, dicatur sapientiæ studiosus.

Cap. VII. de Coniugatis.

Coniugata dicuntur quæ sunt ex uerbis generis eiusdem, hoc est, quæ orta ab uno uariè commutantur: ut sapiens, sapientia, sapienter. Coniugata primitiua & deriuata, seu primitiua & deriuatiua nominantur à Grammaticis: & quamuis deriuatiua, quæ ex alijs coniugantur, propriè coniugata sint: tamen sic usu uenit, ut omnia coniugata dicantur & primitiua, & deriuatiua: ut in declinatione nominis, tametsi prima positio & recta, unde aliæ cadunt, casus propriè non est, omnes tamen casus dicuntur & recti, & obliqui. In Topicis Aristotelis οὐζυγία uocantur, quæ Cicero Latine dicit coniugata: sed in ratione dicēdi hoc inter eos interest, quòd Aristoteles distinguit à coniugatis ἰσοεις, id est, casus: ut hæc nomina sapiens, & sapientia sint coniugata, sapienter aduerbium sit casus. Cicero autem omnia coniugata appellat. Ex hoc genere sunt παρόνομα, quæ in præfatione Categoriarum definiuntur ab aliquo solo differentie casu, quæ secundum nomen habent appellationem, ut à Grammatica Grammaticus, & à musica musicus. Fabius cap. 10. li. 5. hoc argumēti genus contemnit: His, inquit, illud adijcere ridiculum putarem

putarem, nisi eo Cicero uteretur, quod coniugatum uocant: ut eos qui rem iustam faciunt, iuste facere: quod certe probatione non eget, quod compascuum est, compascere licere. In quo ridiculus est ipse Fabius, qui argumentum non putet esse, nisi quod probatione egeat: cum argumentum omne perspicua probatio esse debeat, alioqui argumentum non est. Cicero pro Flacco: Desine putare auctoritatem esse in eo testimonio, cuius auctor inuentus est nemo. Aliquando in coniugatis & agnominatione, & polyptoton coniunguntur. Ut iudices non tam erarii, quam erati, id est, ere alieno obruti. Calamitosus dux, calamitosorum. Item bonorum deorum, bonitate, bonus Dionysius utitur. 3. de natura deorum. Quoniam autem in hisce duobus argumentis, hoc est, in etymologia & coniugatis, nullus est locus, aut saltem per exiguus orationi, quae copiam rerum desiderat, reiectis exemplis ad Diuisionem accedemus.

Cap. VIII. de Diuisione.

Diuisio, est rei per partes explicatio. Hanc distribuere licebit in diuisionem nominis & rei. Diuisio nominis, est uocis πολύσημος & ambiguae in suas significationes distinctio, seu enumeratio significationum homonymi nominis, uel etiam orationis ambiguae, & phrasos: ut si lupum distinguamus in hominem, quadrupedem, & piscem. Canem, in bestiam terrenam, aquatilem, & sydus, hac forma: Canis aut terrena bestia est, aut aquatilis, aut sydus. Vel alius terrenus, alius aquatilis, alius ethereus, &c.

E iij Diuisio

DE INVENTIONE

Diuisio rei triplex est: generis in species, totius in partes, & rei in accidentia, &c. Prima diuidendi ratio, est generis in species proximas diductio. Hoc modo animal in hominem & bestiam seu pecus diuidimus: magnitudinem permanentem in lineam, superficiem, & corpus. Rempub. in democratiam, aristocratiam, & monarchiam. Ius, in legem, morem, & equitatem. His modis: Magnitudinum alia longa est, ut linea: alia lata, ut superficies: alia crassa, ut corpus. Corporum simplicium aliud coelum, aliud elementum. Quo modo ferè utimur, cum differentijs nomina indita non sunt, & formarum numerus non est infinitior. Animalium aliud est rationis particeps, aliud expers. Quod genus tū adhibemus, cum formis nomina desunt, cuiusmodi sunt maximè illæ quæ rursus tanquam genera diuidi possunt, quas subalternas uocant. Atq; hæc proprio nomine diuisio appellatur, quæ fit potissimum, cum genera per differentias proprias in suas formas ita diducimus, ut & hæc singulæ deinde generis nomen induentes, in alias subiectas diuidantur, donec ad indiuiduum peruenias. Vt animalium, aliud λογικόν, aliud ἄλογον. Et ἄλογον, aliud terrenum, aliud aquatile, aliud pennigerum. Et his singulis subiectis de sua species. Secunda rei diuidendæ forma, est totius in partes, seu præcipua membra distributio, quæ proprie partitio nominatur: ut si Rempub. Rom. in Senatores, Equites, & Plebeios partiaris. Hominem in animam, & corpus: & corpus in caput, uentrem, manus, pedes, &c. quas integrales partes appellant. In partiendo, quia longum esset sæpe singula colligere membra, satis erit præcipua

cipua recensere. Sed ea tamen optima partitio est, cum partes collectae toti sunt aequales.

Distat à diuisione partitio, quòd genus de quaque specie dici possit. Nam rectè dicitur, iustitia uirtus est, homo animal est: caput uerò homo dici non potest, nec pes, nec alia membra. Quintilianus libro septimo capi. 2. Diuisio est, inquit, rerum pluriù in singulas: partitio singularù in partes discretus ordo, & recta quaedam collocatio, prioribus sequentia annectens. Formas igitur & indiuidua, quae diuisio reliquit indiuisa, ea sibi partitio distribuenda sumit. Vt, cum per diuisionem diductum est animal in hominem & bestiam, succedat huic partitio, quae hominem in animum & corpus distribuit, ac deinde corpus in caput, uentrem, & cetera membra partietur. Tertius diuidendi modus triplex est: Subiecti in accidentia, ut hominum alij liberi sunt, alij serui. Pharmacorum aliud salubre, aliud noxium. Pariter hoc modo substantiam per omnium accidentium Categorias, & per plerosque locos Dialecticos, ut docet Rodolphus lib. I. Alter huic contrarius, est accidentis in subiecta, ut bonorù aliud animi, aliud corporis, aliud fortunae. Postremus est accidentis in accidentia: ut bonorum, aliud honestum, aliud utile, aliud iucundum. Hoc diuidendi genus est Oratoribus frequens, quomodo Cicero in oratione pro lege Manilia Pompeij laudes enumerat, scientiam rei militaris, uirtutem, autoritatem, & felicitatem. Huc potest & quarta referri diuidendi forma, quam Rhetores, tum partitionem, tum distributionem orationis nominant, qua rerum tractandarum

E V ordo

ordo cernitur, & ad docilitatem pertinet, necessaria non Oratori tantum, sed cuius etiam quacumq; de re differenti. Recte uero diuidendi ac partiendi praecepta haec sunt.

Primum est, ut genus in proximas diuidatur species & differentias: ut substantia alia corporea est, ut corpus, alia corporis expers, ut spiritus: ut diuisio, quoad fieri poterit (neq; enim id perpetuum est) duab. repugnantib. differentijs, totamq; generis amplitudinem seu rei diuisae naturam complectentibus absoluat: (uitiosum est enim, in diuisione aliquid praetermittere, maxime in re finita) ut animalium aliud ratione praeditum est, aliud rationis expers, quae repugnantes sunt differentiae. Imperite igitur hoc modo diuiseris: Animalium aliud est bipes, aliud rationis particeps: hominum alij liberi sunt, alij rustici: colorum alius albus, alius niger. Sunt enim plura colorum genera. Alterum est, ut differentiae genus diuidentes coniunctae, generi sint aequales, & partes collectae toti, hoc est, ut eiusmodi sint diuisionis partes, quae de pluribus, quam ipsum illud, quod diuiditur, dici nequeant, hoc est, ut quicquid genere continetur, id totum differentijs seu membris diuidentibus explicetur. Vt quod est animal uel planta, id est corpus uiuum: & omne corpus uiuum est animal, uel planta.

Octaua copia rerum exercitatio.

Qui uolet diuisionis adiuuamento orationem copiosam efficere, is coparet sibi ex Porphyrij quinq; uocibus definitiones Generis & Speciei: mox distributo genere

nere in suas formas agnoscat, quantum oratio locupletata fuerit. Cum Cicero in ea quæ est pro Gneo Plancio, potuisset breui propositione rē absolueret, in hūc modū:

Gratus animus, est pater omnium uirtutum.

Maluit tamen Genus in suas species diuidere, & copiam rerum ostentare. Sed ipsum loquentem audiamus.

Ciceronis exemplum.

Etenim iudices cum omnibus uirtutibus me affectū esse cupiam, tamen nihil est quod malim, quam me & gratum esse, & uideri. Hæc est enim una uirtus non solum maxima, sed etiam mater uirtutum omnium reliquarum. Quid est pietas, nisi uoluntas grata in parentes? qui sunt boni ciues? qui belli, qui domi de patria bene merentes, nisi qui patriæ beneficia meminerunt? Qui sancti, qui religionem colentes, nisi qui meritam Dijs immortalibus gratiā iustis honoribus, & memori mēte perfoluunt? Quæ potest esse iucunditas uitæ, sublati amicitijs? Quæ porro amicitia potest esse inter ingratos? Quis est nostrum liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magistri sui, atq; doctores, cui non locus ille mutus, ubi ipse altus aut doctus est, cum grata recordatione in mente uersetur? Cuius opes tantæ esse possunt, aut unquam fuerunt, quæ sine multorum amicorum officijs stare possint? Quæ certè, sublata memoria, & gratia, nulla extare possunt. Equidem nihil tam proprium hominis existimo, quam non modò beneficio, sed etiā beneuolentiæ significatione alligari: nihil porro tā inhumanū, tam immane, tam ferreū, quam cōmittere ut beneficio non dicā indignus, sed uictus esse uideare.

Exem =

Exemplum Poëticum ex libro. 7. Martialis, quo Necessarium pro genere sumitur, & Necessarij species alia quot tolluntur. Festiuè autem carpit Baccharã res necessarias non suppeditantem.

Si quid opus fuerit, scis me non esse rogandum,

Bis nobis dicis Bacchara, terq; die

Appellat rigida tristis me uoce Secundus:

Audis, sed nescis Bacchara quid sit opus.

Pensio te coram petitur, clareq; palamq;

Audis, sed nescis Bacchara quid sit opus.

Esse queror gelidasq; mihi, tritasq; lacernas:

Audis, sed nescis Bacchara quid sit opus.

Hoc opus est, subito fias ut sydere mutus,

Dicere ne possis Bacchara quid sit opus.

Exemplum nostrum, quo immaturam mortem Pontificis seu Archiepiscopi Valentini deflebamus. Obijt autem Asisclus Moya de Contreras mense

Maio. 1564.

O nouam fatorum inuidiam! O fallacem hominum spem, fragilemq; fortunam! O inanes hominũ contentiones! Quid querimus? Quid captamus miseris? Nimirum ut ante in ipso cursu obruamur, quàm possimus exoptatum portum conspicerem. Heu, heu. Nouem dierum Pontificem quis uidit? Vidit Valentia infelix, ideoq; tam immaturam mortem æquo animo ferre nemo potest: lugent uenerandi sacerdotes, lacrymis referta sunt omnia, moeret Senatus, tristis est equestris ordo, societates omnes illorum qui artes exercet sedentarias, tam atroci, miserabiliq; spectaculo lacrymas effundunt, tristiq;

eristiq; & incondito ciuiatu Archiepiscopi sui interitum auersantur, tota ciuitas cōfecta senio est, squallent municipia, affliantur Coloniae, agri deniq; ipsi tam beneficium, tam salutarem, tam mansuetum Pontificem ardentissimis uotis desiderant. Sed hoc longē grauissimum urbi, & uniuerso regno extitit, quod suum patronum nunquam uidit. Nam cūm ageret apud Ruecino-^{condado de} nenses in Gothagonia, misso nepote ex sorore, ut aedes ^{per finia} insterneret, intra dies nouem febre correptus interijt.

Exemplum diuisionis totius in partes ex Ciceronis Tusculana quinta, ubi est argumentum similitudinis, in cuius Protasi homines diuiduntur in tres partes quasi species: in Apodosi quoq; tripartito diuiduntur.

Alij enim quæstui, alij gloriæ, alij contemplationi seruiunt.

Pythagoram, ait, respondisse similem uitam hominum, & mercatum eum, qui haberetur maximo ludorū apparatu totius Græciæ celebritate: nam ut illic alij corporibus exercitatis gloriam & nobilitatem coronæ peterent, alij emendi aut uendendi quæstu & lucro ducerentur: esset autem quodam genus eorum, idq; uel maxime ingenuum, qui nec plausum, nec lucrum quærerēt, sed uisendi causa uenirent, studioseq; perspicerent quid ageretur, & quomodo. Ita nos quasi in mercatus quadam celebritate ex urbe aliqua, sic in hâc uitam, ex alia uita & natura profectos, alios gloriæ seruire, alios pecuniæ: raros esse quosdam qui cæteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam studiosè intuerentur: hos se appellare sapientiæ studiosos, id est, philosophos.

Exemp

DE INVENTIONE

Exemplum aliud ex Actione sexta in Verrem, quo
insigne furtum partibus describit.

Venio nunc ad istius, quemadmodum ipse appellat,
studium: ut amici eius, morbum & insaniam: ut Siculi,
latrociniū. Ego quo nomine appellem nescio. Rem uo-
bis proponam, uos eam suo nominis pondere penditote.
Genus ipsum prius cognoscite iudices, deinde fortasse
non magnopere quæretis quo nomine appellandum pu-
tetis. Nego in Sicilia tota, tam locuplete, tam uetere
prouincia tot oppidis, tot familijs, tam copiosis, ullum
argenteum uas, ullum Corinthium aut Deliacum fuisse.
Nego ullam gemmam aut margaritam fuisse, aut quic-
quam ex auro, aut ebore factum, signum ullum æneum,
marmoreum, eburneum. Nego ullam picturam, nec in
tabulis, neq; textilem fuisse, quin quæsierit, inspexerit,
quod placitum sit abstulerit.

Exemplum Poëticum ex Catullo.

Salve, nec minimo puella naso,
Nec bello pede, nec nigris ocellis,
Nec longis digitis, nec ore sicco,
Nec sanè nimis elegante lingua,
Decoloris amica Formiani,
Ten' prouincia narrat esse bellam?
Tecum Lesbia nostra comparatur?
O seclum insipiens & infacetum!

Lucanus coelum in orientem, occidentem, meridiem, &
septentrionem diuidit.

Vnde uenit Titan, & nox ubi sydera condit,
Quaq; dies medius flagrantibus aestuat horis:

Et qua

maximè

leuote
orientem
m. g. 2 n

La tua
monte
na
del in
uerno

Et qua bruma rigens, & nescia uere remitti

Astringit Scythicum glaciali frigore Pontum.

Exemplum nostrum, quo depinximus primū ingressum

Aristotelis in Academiam Valentinā, & sophis-

tarum exilium. Diuiditur autem Bar-

baries in suas partes, mox

Academia.

Annus agebatur 1541. quando Iacobus Ferruzius, relicta Lutetia Parisiorum, in templo maximo Valentino splendida disputatione Theologicas scholas, seu ut uulgus uocat, conclusiones defendebat. Conabantur sophistæ acres & arguti hominem euertere: sed illius responsionibus elingues fiebant. Quod animaduertens Ferdinādus Calabriae Dux, qui tum aderat, orauit Ferruzium, ut relicta tantisper Theologia, Dialecticam Aristotelis interpretaretur: cū id libenter pollicitus esset, Sophistæ odio Vatiniano prosequi eum cœperūt. Nobiles tamen cum omni populo ipsum studiosissimè cōplexi sunt. Monebat autem nobiles & populum uirī eruditio, acrioribus calumnijs circumuenta, magnoq; eius diu spectatæ uirtutis & integritatis argumento: templo maximo excedentem omnes optimatum ordines domum deduxerunt: tanta frequentia, ut cū ad paternæ domus limen agendis gratijs substitisset, nouissimi agminis pars grauior & honoratior, præ turbamēto ad templi limen adhuc hæreret: & multi ex his qui eum in exilium missum uoluerant, astuta dissimulatione cōmitantibus admiscerentur, instarq; magni triumphī ea frequentiae pompa, intermixto lacrymā gaudio, Ferru-

Quae gentiles, & propinqui, prohiq; ciues maximè laeta-
 rentur. Hunc diem cum aetas nostra, admirata est, tunc
 omnium gentium, posterorumq; seculorum literae ce-
 lebrabant. Vellem mihi tanta suppeteret orationis fa-
 cultas, ut singulare bonum, quod Ferruzius nostrae Aca-
 demiae cōparauit, meritis laudibus efferre possem. Mu-
 ta erant à bonis literis, à liquida & germana philoso-
 phia, à ueterum & probatorum autorum uocibus, Van-
 lentiae gymnasia. Vigebant in eis ineptae uerborum ca-
 ptationes, & concertationes: inanes, & spinosae quae-
 stiunculae ponebantur: fallaces, & minutae conclusiuncu-
 lae contorquebantur: disputationibus anilibus, barbaris
 nominibus, ac uocibus, impolitissimorum librorum le-
 ctione omnium gymnasiorum parietes personabant. Me-
 re nugae, merae ineptiae, mera barbaries docebatur.
 Ignoti erant Homerus, Pindarus, Aeschylus, Sophocles,
 Euripides: ignoti Plato, Xenophon, Aristoteles, Theo-
 phrastus, Plutarchus: ignoti Herodotus, Thucydides,
 Polybius, Diodorus, ceteri Graeci scriptores omnes.
 Linguae Latinae elegantiam, & mundiciem, incorruptam
 Latini sermonis usum nemo nouerat, nemo docebat.
 Hebraica & Graecae linguae ne elementa quidem erant
 nota: omni elegantiore, & puriore doctrina, omnibus
 Graecorum, & Latinorum melioris notae scriptorum
 monumentis carebamus. Piget pudetq; referre, quanta
 tum omnium bonarum artium ignoratio Academiam
 Valentinam obsessam teneret: quantis tenebris misera
 circumfusa ac penè dicam, sepulta esset. Huius tamē ad-
 uentu, tanquam aureo sole, illustrata conspicitur, nihil
 ad ency-

ad encyclopædiæ cognitionem desiderat. Non inuidet, ut antea Salmantica, non Lutetia, non Patavio, aut Ticino, non Basileæ aut Louanio. Hic Poëtarum omnium obscuriores loci, Io. Oliuero Alcudiano prælegente, apertissimi redduntur. Grammaticorum laboriosi canones, diligentia Iacobi Romani, Andresij, & Torrella molles & suaves fiunt. Cicero Bardaxini eloquentia admirabili, & interpretatione reuiuiscit. Rhetorū flosculi, Andrea Semperio authore, non tantum ad mansuetiores Musas, sed etiam ad Galenum & Hippocratem illustrandum conuertuntur. Dialectica uero, si unquam aliàs, expurgata nitet, & ab eruditissimis Montanyesio, Serra, Egidio Lissarasso, Sanctio, Vadillo, Monllorio, & Matthæo Bossulo Parisiensi in summo splendore conseruatur. Hi enim tam rara, & singulari eruditione ornantur, & tam purè Dialecticam tradunt, ut uix tradi meliùs, siue orationis puritatē ac proprietatem, siue artificij ordinem, & partium coniunctionē, siue explicationis commoditatem elegantiamq; species, posse uideatur. Profectò Aristotelem nemo est scrutatus diligentius, nemo expressit proprius, nemo melius intellexit. Debentur ista Ferruzio, &c. De Theologis & Medicis agemus in nostro Dialogo, qui Academia Valentina inscribitur, quem, Deo duce, statim typographo tribuemus:

Cap. IX. de Definitione.

Definitio est oratio, quæ eius de quo agitur naturam dilucidè ac breuiter ostendit. Sunt autem

F quinq;

quinq; definitionum forma. *in* *hoc* *dicimus*, id est, essentia dicitur: quæ constat ex genere proximo & differentia, seu proprietate quadam naturali: ut homo est animal rationis particeps. Differentia formam, genus materiam representat, quæ sunt duæ præcipuæ substantiæ partes. Ideo naturalis definitio uocatur.

Secunda dicitur *aliquid*, constat genere & proprijs rei causis, quæ loco differentia colliguntur: ut avis est animal uolatile. Penula uestis est uilis, quæ cæteras à pluuia defendit. Dies est lux, à sole per mundum diffusa. Domus est ædificium, ex lignis & lapidibus constructum.

Tertia constat genere & effectis: ut lactuca & malua herbe sunt, quæ uentrem leniunt. Rhetorica est benedicendi doctrina.

Quarta est in qua partes præcipuæ, uel formæ proximæ pro differentia sumuntur: ut dies civilis est spatium 24. horarum equalium.

Quinta, ex genere & accidentibus constat: ut aër est elementum calidum & humidum.

Rectè finiendi præcepta sunt: ut finitio neq; plura neq; pauciora complectatur, quàm eius quod definitur natura postulat, id est, ut nihil in ea neq; prætermittatur, neq; redundet, atq; utrunq; retrò etiam uicissim comeari, mutuisq; probationibus explicari possit, hoc est, ut definitio eius quod definitur propria sit, ut ne possit in aliam rem transferri quamlibet, sitq; uerbis proprijs & apertis breuiter comprehensa. Modum definiendi Cicero his uerbis refert: Sic igitur ueteres præcipiunt,

cum

cum sumpseris ea, quæ sunt ei rei, quam definire uelis, cum alijs communia, eousq; persequi, dum propriū efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri possit, ut hoc: Hereditas est pecunia. Cōmune adhuc, multa enim genera sunt pecuniæ. Adde quod sequitur, quæ morte alicuius ad quempiam peruenit. Nondum est definitio: multis enim modis sine hereditate teneri mortuorum pecuniæ possunt. Vnum adde uerbum, iure. Iam à communitate res disiuncta uidebitur, ut sit explicata definitio sic: Hereditas est pecunia, quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure. Nondum est satis. Adde, nec ea legata testamento, aut possessione retenta. Confectū est. Itemq; illud: Gentiles sunt qui inter se eodem nomine sunt. Nōdum est satis. Qui ab ingenuis oriundi sunt: Ne id quidem satis est. Quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit. Abest etiam nunc. Qui capite non sunt diminuti. Hoc fortasse satis est: nihil enim uideo Scæuolam Pontificem ad hanc definitionem addidisse. Hactenus Cicero.

Nona copię rerum exercitatio.

EX quinta definitionis specie, quam Oratores descriptionem uocant, licet desumere quæ uoles, ad copiosam & exultantem orationem. Nam multorum accidentium congerie oratio & illustrior, & copiosior redditur. Quādoquidem hac nō solum species, sed indiuidua quoq; describuntur, & quasi definiuntur. ἀντιγραφα Græci uocant, quoniam rem lectori ob oculos ponit. Sunt autem huius species, aut formæ plus minus

DE INVENTIONE

uiginti, sed nos has undecim ostendemus.

Hypographin, uel hypotyposin.

Prosopopœiam, *z. p. u. u.*

Characterisnum,

Prosopographiam,

Ethopeiam,

Pathopeiam,

Dialogismum,

Mimism,

Topographiam,

Topothesiam,

Chronographiam.

His addunt Græci nouem species, quæ à nobis inter superiores istas enumerabuntur.

Hypographi, seu hypotyposis, id est, effiguratio, est qua rei figura & forma depingitur. Illustratur circumstantiarum explicatione, similibus, dissimilibus, imaginibus, metaphoris, allegorijs, epithetis. Habes huius exempla in authoribus permulta: ut ex sequentibus agnosces.

Diluij. 1. Metamorph.

Tempestatis. 2. eiusdem, & 11. & Aeneidos. 1.

Expugnatae urbis. Quint. lib. 8. cap. 3.

Conuiuij luxuriosi apud eundem.

Quomodo sit occisa Polyxena in Euripid. Hecuba.

Mors Iphigeniae, in Iphigenia Aulidensi.

Astyanactis mors, in Troadae Senecae.

Orestis mors, in Electra Sophoclis.

Pugnae barbaricae, apud Iuuenalem.

Pestilentiae. 3. Georgicorum. 7. Metamorpho. & in

Oedipo

Oedipo Senece, & apud Thucydidem.

Famis, in declamatione Quintiliani.

Descriptiones Homericae huc referrī possunt: quoties armat deos suos, aut heroas: quoties cōuiuium, praeliū, fugam, aut concilium describit.

Prodigiorum apud Lycosthenem, & Iulium obsequentem.

Solis ecclipsium,

Niuis,

Imbrium,

Fulminum,

Tonitruum,

Turbinum,

Terræ quassationum, tremor

Incendiorum,

Inundationum, crepescencia de vin

Seditionum,

Exercituum,

Praeliorum,

Stragis,

Excidiū, cado de cofor

Direptionis,

Monomachie,

Serpentium, Lucanus lib. 9.

Pugnæ naualis, Lucanus lib. 3.

Epuli,

Conuiuiorum,

Nuptiarum,

Funerum.

Exempla
que hic
pretermit
timus re
peries a
pud Hora
tium, Pli
nium, Vo
laterranū
Paulū Lo
uium, et
Olaū Ma
gnū,

DE INVENTIONE

Naufragiorum,

Triumphorum,

Ludorum,

Pomparum, *proceffion*

Nauium, Plutarch. in uita M. Antonij.

Sacrorum,

Ceremoniarum,

Incantationum, Lucanus lib. 6:

Maleficiorum, Horatius in Satyris sub perso

na Priapi narrantis quæ uiderit.

Venatoris, ^{toris} Adrianus Cardinalis.

Texture,

Torpedinis & histicis, apud Claudianum.

Eruditionis, Lucianus.

Clypei, *broquel*

Vestium,

Machine,

Currus.

Colossi, *Astron.*

Pyramidum,

Vite aulice,

Rusticane,

Philosophice,

Militaris,

Vite humane picture, Cebes.

Calumnie, Lucanus.

Phoenicis, Lactantius.

Maggy Psitaci, Ouidius in amoribus, & Statius.

Silentij, Calcagninus. 491.

Culicis

Culicis, Plinius.

Statuarum, ut apud Plinium in epistolis signi
senilis.

Prosopopœia, seu descriptio personæ est, qua homo
quispiam depingitur. Sub hac Rhetores solent cōplecti
sex etiam species, quæ sequuntur. Vsq; ad mimism. Lege
Quintilianum lib. 3. ca. 10.

Depinguntur principes à Plutarcho in uitis, ab A
mylio Probo, & Suetonio.

Characterismus est effictio, uel pictura corporis, aut
animi: ut Dauus effingit Critonem, Chærea senem illum
importunum, Mitio Demeam, & seipsum. Homerus. 3.
Iliados Græcos principes.

Prosopographia personæ fictæ descriptio, qualis est
Sybillæ furentis. 6. Aeneidos.

Ethopeia expressio morum, de qua libellum scripsit
Emporius Sophista, & Fab. lib. 6. cap. 2. copiosè illam
explicat.

Pathopeia est uehementiorum affectuum & pertur
bationum expressio, de qua Macrobius lib. 4. toto præ
cipit. Huius sunt duæ formæ. Prima intentio, quã Græ
ci δόυκσις, Latini quidam imaginationem uocant, qua

metus,

dolor,

ira,

furor,

odium,

inuidia,

effrenis cupiditas,

F

iii

libido

DE INVENTIONE

libido,
immodica spes,
immoderata letitia,
perturbationesq; animi describuntur, & exci-
tantur.

Huius exempla sunt passim obuia in Tragedijs Græ-
cis & Latinis. Lege Ciceronis Philippicas, & Actio-
nes in Verrem, Virgilium lib. 4. Nec tibi diua parens,
&c. Item in. 10. Quid me alta silentia cogis rumpere?
&c. Item lib. 7. Heu stirpem inuisam. &c.

Altera forma est, commiseratio *ὀκνησὶς*, qua
lacrymae eliciuntur,
mouetur misericordia,
captatur uenia.

Hanc explicat Aristoteles. 2. ad Theodectem, mo-
res & affectus definiens: & Fabius lib. 6. cap. 2. & se-
quentibus. Exempla habes in perorationibus Ciceronis.

Dialogismus est, quoties personae tribuitur oratio
breuis, uel longa, pro decoro eius: ut in cōcionibus Li-
uij. Huc refer allocutionem à Fabio uocatam, qualis est
legatorum Romuli apud Liuium, aut qua ipse Romu-
lus consolatur raptas Sabinas.

Mimisis, est imitatio sermonis, uel morum, qua non
modò personae orationem, sed etiam gestum effingimus.
Has praedictas sex species, Quintilianus & alij subiiciunt
prosopopœia: quare de prosopopœia copiosius agen-
dum erit, ut de Hypotyposi fecimus.

Personarum descriptionem permulti Prosopopœiā:
alij prosopographiā uocāt. Tametsi nōnihil ab hac dis-
sident

fidet profopopœia, uel hoc nomine, quòd latiùs patet
 profopographia: nam famis, inuidiæ, somni, de quibus
 in hypotyposi diximus, profopographias non absurdè
 dixeris. Proponi-ur enim ceu persona quedam, ut
 uirtutis & uoluptatis apud Prodicum Sophi-
 stam, & Xenopho.

statuariæ, Lucianus:

occasionis, Ausonius:

fortuniæ, Horatius in Odis, & Quintus Curt.
 cupidinis, apud Moschum.

Penias & Pluti, Aristophan.

iustitiæ, Gellius ex Chrysippo.

philosophiæ, Seuerinus Boëtius.

Hippiæ, Lucianus & Apuleius in floridis.

Vocantur hæ profopographiæ notationes, quoties
 amantis, luxuriosi, auari, uoracis, temulenti, somniculo-
 si, garruli, gloriosi personam depingimus: ut. 4. ad He-
 rennium depingitur Pseudoplutus, diuitiarum ostenta-
 tor, cum esset pauper. Lege libellum Theophrasti de
 notis. Deinde perpende circumstantias, quas eleganter
 persequitur Cæsar Scaliger in libris de Poëtica: ibi
 enim ostendit quales pingendi sint homines

à natione seu patria,

ab ætate,

à fortuna,

à studijs, &c.

Exempla profopographiæ habes in autoribus multa:
 depinguntur enim,

Catilina à Salustio,

F

v

Annibal

DE INVENTIONE

Annibal à Liuius,

Traianus à Plinio,

complures Romani. 6. Aeneidos.

Topographia, loci descriptio est: ut

Carthaginis. 1. Aeneidos,

Laurentis uillae, in epistolis Plinij,

Surrentini Polij, apud Statium,

Triburtini Manlij, ibidem,

sedes somni, apud Ouidium,

domus fame, ibidem,

regia solis, ibidem,

Caci domus, apud Virgi. 6.

Tenari, apud Statium,

domus, apud Lucianum,

regia Psyche, apud Apuleium,

Vesuij montis incendium, apud Plinium mi-
norem,

Aethnae ardentis, apud Claudianum, & Gela-
lium lib. 17. cap. 10.

arcis Tarentinae, apud Plutarchum in uita
Annibalis,

Crotonis, apud Liuium lib. 4. belli Punici,

Cizici, apud Florum lib. 3. cap. 5.

templi Hammons, apud Diodorum Siculum
in gestis Alexandri,

Syracusarum descriptio, Verrina. 6.

Topothesia, est loci ficta descriptio: cum describitur
locus, qui fortasse non est in rerum natura: quales
sunt apud Lucianum in ueris narrationibus, & Elisij
descri-

descriptio. 6. Aeneidos.

Chronographia, est temporis descriptio: unde alio quando narrationis sumitur initium: delectandi enim gratia diem, noctem, auroram, crepusculum, depingimus, ut Virgilius lib. 4. Nox erat & plac. c. f. s. c. p. t. f. & s. q. e. c. m. u, Veris, hyemis, autumnii apud Ouidium. Horatius in Satyra, quam modo citavi, locum exquiliarum describit, deinde tempus, præterea Priapi, ac maleficarum personas: postremo & sacrificium, & fugam strepitu territarum mirè exprimit.

Ne molestus essem lectori, exempla descriptionum cum Ciceroniana, tum mea, ad sequentes libellos reieci. Næ animalium, aut plantarum descriptione, uerba feci: quoniam aues depingunt Petrus Bellonius, Gybertus Longolius, & Gesnerus. Pisces Saluianus, & Ronoletus cum Oppiano, Massario, Plinio, & Paulo Iouio. Animalia reliqua Edoardus, Gesnerus, & Olauus Magnus. Arbores, & stirpes, Dioscorides, Fuchsius, & Rembertus Dodoneus.

ARGUMENTA IN artificialia, seu assumpta.

Posteaquàm de argumentis insitis, qua potuimus luce ac breuitate, uerba fecimus, æquū erit ut assumptos locos, aut, ut aliqui uocant, remotos exponamus. Sunt uerò assumpta, quæ per se suaq; natura fidem non faciunt. Nam fides eorum argumento aliquo artificiali expenditur, & confirmatur. Aristoteles libr. 1. cap.

cap.

DE INVENTIONE

cap. 15. ad Theodectem assumptorum quinque modos
constituit. Sunt autem,

lex,
testimonium,
pactum,
questio,
iusiurandum.

Attamen omnia hæc argumenta, ferè autoritates &
testimonia uocantur. Et quoniam, ut dixi supra pag. 8.
ad Inventionem non admodum commodè adhibentur,
sed potius ad tractationem, ad sequentem disputationem,
ubi de statibus, seu constitutionibus, agemus, reijcimus.

Libri primi de Inuen-
tione finis.

47
Laurentij Pal-

MYRENI DE IN-
VENTIONE LIBER SECVN-

DVS, IN QVO DE INVENTIONE
partium orationis, & de earū
dispositione disputatur.


A D

*Eruditissimum sacrosanctæ Theolo-
giæ doctorem Bernardinum Miedes,
Archidiaconum Saguntinum,
& templi maximi Valen-
tini Canonicum di-
gnissimum.*

Valentiæ,

Ex officina Ioannis Mey.

1564.



Eruditissimo VII

RO SACROSANCTÆ

Theologiæ doctori Bernardi-

no Gomez & Miedes Ar-

chidiacono Sagunti-

no, &c. S. P.



*O*otiescunq; altè repe-
to seculi nostri per-
turbationem, atrox si-
vquam antea, & lu-
tuosum tempus atq;
terribile, protinus suspiria, atq; horri-
biles gemitus emitto. Quid enim aliud
faciam? Germania, & Anglia, Lu-
theri insania ad terribile excidiũ per-
ductæ sunt; Gallia bellicis cumulibus
agitatur, Hispaniam fermè uniuersam
acerba pestis infestat, oram eius
mariti-

EPISTOLA,

maritimam piratâ Sarraceni conti-
 nua præda, & miseranda clade ex-
 hauriunt: classem nostram, quæ duce
 Bernardino Mendozio Balearicum
 mare tuebatur, nunc vertente fortuna,
 in extremas præcipitatâ miseras in-
 tuemur. Alimenta rara, & pretij in-
 tensissimi patresfamilias deterrent:
 æstas sicca molesta est, & immodica so-
 lis ardore torrentur omnia. At dices:
 quorsum hæc? Nimirum ut agnoscas,
 vir amplissime, fato quodam rapi me
 ad has nugas (si modo nugas appellan-
 das esse censes, quæ tanto labore & su-
 dore comparantur) quandoquidem in-
 ter gemitus & suspiria, quæ dixi, vix
 animum meum cohibere possum, quin ea
 quæ de ratione dicendi aggressus est,
 die ac nocte mediteur. Natura ita
 mihi

mihi fuit insitum libelli huius conficien-
 di desiderium, ut in magnis, & serè per-
 petuis, cum fortuna, tum valetudinis
 incommodis, nunquam hactenus à semel
 instituto studiorum cursu potuerim vl-
 lus rationibus dimoueri. Quàm prudẽ-
 ter hoc fecerim, non dico: nam si quid
 peccaui, satis graues erroris mei pœnas
 do, qui ex adamata Rhetorica nihil fe-
 ro præmij, præter labores & molestias:
 neq; vllum prospicio portum, in quo post
 diuturnas hasce veluti tempestatũ ia-
 ctationes, conquiescam. Est tamen mi-
 hi relicta hac vnica consolatio: nempe
 stationem hanc mihi diuinitus esse at-
 tributam, atq; in ea strenuè laboran-
 dum. Quod quidem facio, maiore con-
 tentione, quàm vires meae, aut valetu-
 do hoc tempore patiuntur. Itaq; absolu-

EPISTOLA.

eis sex prælectionibus publicis, tempus
 illud quod corporis mei quieti redditu-
 rus eram, huic meditationi tribuo, labo-
 riosæ sanè & multorum calumnijs ex-
 posita. Etenim eligere de tot libris ve-
 rerum quæ bona insint, quæ desint ob-
 servare per seipsum, lectione summi no-
 minis oratorum, historicorum, poëtarū:
 quorum monumenta & scripta tot secu-
 lorū approbatione penè cōsecrata sunt,
 cum rem laboriosam esse confiteor, tum
 verò si quid in illis non probem, quid a-
 liud mihi futurum credis, quàm pro-
 cellosos mari ventos immittere, eorumq;
 autorum nepotes irritare ad auorum
 vltionem persequendum? O te felicem
 vereq; fortunatum, qui argumentū po-
 tueris tractare, à nullo alio tractatum.

Quis poterit insignes illos tuos commen-
 tarios

carios de Sale mordere, tanta elegan-
 tia, tanto styli lenocinio, tanta dialogi
 festiuitate & rerū copia admirabiles.
 Tu primus noui argumenti inuentor:
 at ego post tot eruditos grunnire, ve-
 rius quàm loqui, incipio. Tu res physi-
 cas, & Theologicas summa quadā gra-
 uitate persequeris: ego puerilia, & te-
 nuia confuse tracto. Profecto neminē
 tuos Commentarios lecturū existimo,
 qui non stupefactus, & quasi extra se
 positus, in his τῶν πάντων ἀγαθῶν σόρον, τῶν
 πάντων ἀγαθῶν μηδεμίαν, τῶν πάντων ἀγαθῶν
 δάλασσαν esse fateatur. Utinā permit-
 tas statim illos in vulgus apparere, nec
 annum, vt dicis, nonum expectes. Ego
 sanè grauius & acerbè fero, tot stu-
 diosos ea voluptate & viilitate frau-
 dari, quā ego sensi, dum eos ter, ac qua-

Bern-
 hardini
 Gomezij
 de Mie-
 des libri
 tres de
 sale, quē
 uniuersa
 sam en-
 cyclopæ-
 diam cō-
 plectuntur.

G. ij ter

EPISTOLA,

ter legi: magna enim liberalitate mihi
 hoc soli permittis, nunquã tamen apud
 me nouitatis gratiam exuerunt. Sed
 de his aliã. Nunc oro te, vt me sub um-
 bra alarum tuarum excipias, & tan-
 quam Mecenas ciuem tuum, nominis
 tui splendore & fauore tuearis. Et si
 qui nostrã accusant impudentiã, quod
 post M. Tullium, & illos qui heroicis
 temporibus floruerunt, hoc argumentũ
 tractamus, testis eris nos à nostris disci-
 pulis vel inuitos in hanc arenam dedu-
 ctos esse. Quemadmodum enim Philip-
 pum Hispaniarum regem adire nemo
 audet, nisi aliquo aulico praeunte, ita
 Ciceronem attingere pueri non aude-
 bunt, nisi manu nostra, aut libello ad
 tantum autorem perducantur. Vale
 Valentia Idibus Iulij 1564.

Boni pastoris est non bene. Caput
 pecus et non diligere

de partibus Orationis.



Ratoris officium supra in Prolegomenis diximus, esse de quavis re proposita dicere ad persuadendum accommodatè. Id autè tribus potissimum rebus fieri, Rhetores omnes summo consensu confirmant. Nempe si doceat, delectet, & moueat, seu flectat. Quorum primum necessitatis est, alterum suauitatis, tertium uictoriæ. aut ut alij distinguunt: docere debitum est, delectare honorarium, permouere necessarium. Sunt autè permulti, qui hoc sola Inuentione superiori comparari posse credant: sed nos ueterum præcepta sequuti, Inuentionem Exordij, & reliquarum partium orationis ostendemus.

Partes orationis quatuor sunt, Exordium, Narratio, Contentio, & Peroratio. Primò enim ad audiendum paramus auditorem: cum præstat aures, id de quo agitur exponimus, ubi causam controuersiamq; cognouit, rem nostram firmamus argumentis, & aduersarij demolimur, postremò cum affectu rei summam colligimus. He tamen quatuor partes non ubiq; necessariae sunt, sed pro ratione causarum plures paucioresue ponendæ. Vna tantum Confirmatio nunquam omittitur. Hanc enim Rhetores ossibus & neruis similem esse uolunt, res

liquas partes superinducto corpori, quam uocamus carnem. Nerus est ad necessitatem, caro sapius ad decorem. Duæ ergo ualent ad rem docendam, Narratio, & confirmatio: ad impellendos animos duæ, Principium, & Peroratio. Cæterum quæ numerantur ab alijs partes orationis, ut partitio, propositio, egressio, iudicium, refutatio: ad has quatuor reducuntur, duæ priores ad confirmationem, cuius erunt fundamentum. Egressio ad eam partem unde pendet, iudicium fustum est per omnem orationem. Refutatio confirmationis est. Poterit fortasse quispiam mirari, cur de tribus illis, quæ initio huius capituli oratori tribuebamus, duo tantum recensemus. Sed admiratio omnis cessabit, si perpendas à nobis tradi, non quæ omnino fiant in oratione, sed quæ præcipua uideantur. Operæ precium est autem docere, & mouere, non item delectare, quod ipsum motu & affectu comprehenditur.

Cap. II. de Exordio.

Proœmium Græcum est, ut docet Fabius, Exordium translaticium: ideo Principium & Initium à Cicerone dicitur. Est autem Principium, seu exordium prima orationis pars, quæ efficit, ut amice, ut attentè, ut intelligenter audiamur.

Horum omnium primus locus est in personis nostris, disceptatorum, aduersariorum: è quibus initia beneuolentiae conciliandæ comparantur.

A nostris personis fauorem, aut beneuolentiam deducemus, si uiri boni, & æqui uideamur. Quod fiet, si ad
agendum

agendum ex officio uenisse nos doceamus, aut pro eo qui nobis amicitia, aut sanguine coniunctus est, aut de nobis benemeritus. Tum si ex pietate, si uoluntate gratificandi, studio in Rempub. misericordia in calamitosos. Beneuolentiam quoque meretur nostra dignitas, et eorum quos defendimus bona existimatio, infirmitas sexus, aut ætatis, ualeitudinis, morum innocentia: quod litium fugitantes, iniuriarum perferentes: commemoratio facinoris præclari, aut casus grauioris, præsertim pro Repu. accepti. Si auctoritatem nostram tueri uolumus, id quidem agemus cum pudoris aliqua significatione et dissimulatione eloquentiæ: uirtutes proprias extenuantes, easdemque acceptas feremus uel ipsis iisdem auditoribus, uel Deo: quod in aliorum magis utilitatem, quam nostram nobis collatæ sunt: qui si quid unquam uel dicendo, uel cogitando, agendoue effecimus, plus in his uoluimus, quam præstitimus: laudem, honores, comoda, si qua sumus adepti, ipsis auditoribus, eorumque gratiæ, et auxilio tribuentes.

A persona auditorum beneuolentiam, ut possis comparare, Exordium in Proœmium et insinuationem diuide. Proœmium seu ἀρχὴ Latine Principium dicitur, et sepe integrum est: aliquando προβολή, quæ quasi ex abrupto facit uiam sequenti orationi. Insinuatio ἐφοδία à similitudine clandestini ingressus, quo ciuitates capiuntur, appellatur. Si ergo iudicis, aut auditoris animum à te alienum sentis, Insinuatione, non recto principio uti licebit. Id autem cognosces,

si causa sit turpis,

G iiij si fese

DE INVENTIONE

si fessus audiendo iudex sit,
 si persuasus ab ijs qui antè dixerunt,
 si alio quouis modo alienatus, nihil quicquam
 amplius audire uelit.

Si causa sit turpis, dicemus hominem, non rem: aut
 contra rem, non hominem spectari debere: non placere
 nobis ipsis quæ facta esse dicantur: esse quidem indigna
 & nefaria. Et ubi rem uerbis auxerimus, nihil simile à
 nobis factum esse dicemus. Si persuasus auditor fuerit,
 primùm id quo maximè fidem factā putamus, post pau-
 ca declaratuos nos pollicebimur: interea refutabimus
 alia: uel admirationem, aut dubitationem præferemus,
 unde potissimùm sit incipiendum, aut quid primo loco
 refutandum. Vt Cicero contra Salustium, si modò is est
 autor illarum orationum. Licet etiam totam accusa-
 tionem diligentissimè diuidere: ne quid reticere uelle
 uideamur: ut Cicero pro Cluentio. Si auditores defessi
 audiēdo fuerint, ioco, fabula, Apologo, apophthegma-
 te, & alijs risum mouere possumus. Aut promitemus,
 nos aliter quàm parati eramus, disturos. Aut laudabis
 iudices, apud quos plus æquitatem posse, quàm odium,
 aut gratiam ostendes.

Ab aduersarijs beneuolentia comparatur, si ostenda-
 das ipsorum amentiam, furorem, libidinem, barbariem,
 nequitiam, petulantiam, deiectionem animi, consiliorū
 præcipationem, uoluntatē debacchandi in alios. Ali-
 quando Prolepsi ostendemus, nos hoc nec odio, nec ira
 agere. Si contra uirū aut grauitate, aut dignitate præ-
 stantem agimus, colore est opus ad insinuationem, ut
 quod

quòd beneuolentia potiùs, quàm odio ad contradicendum accessimus. At si aduersarius sit crudelis, aut inhumanitatis opinione laboret, sequemur Ciceronem contra Vatiniũ, & Demosthenem contra Midiam. Ab alijs etiam beneuolentiam captare licebit. Vt si iudices aueriant nostra incommoda, uoluptatem ipsorum inimicis attulisse.

Exemplorum Sylua.

A suis meritis beneuolentiam conciliat Cicero antequam iret in exilium, si modò illius est oratio. Si quãdo inimicorum impetum propulsare ac propellere cupistis, defendite nunc uniuersi unum q.n.o.o.a.f. conflagraretis m.c.p.n.d.p.

A dignitate litigatoris. Maximè uellem iudices, ut P. Sylla & antea dignitatis s. spl.o. & p.c.a.m.f.a.p.p. Et in oratione pro Flacco: Quod enim esset premium dignitatis q.p.r.q.h.m.s.d.h.d.

De sua dignitate agit Cicero pro Muræna. Idem Consul, eum uestre fidi. c. q. a. d. im. c. Ac si nonnullis in ciuitatibus s. s. p. h. c. &c.

In Verrem proponit iudicibus spem bonæ existimationis, si Verrem damnauerint. Odium extenuat ironia in oratione pro Ligario.

Elegantissimum Exordium est pro Aulo Cluentio, sed longiùs quàm quod perscribi debeat, adferemus ergo aliud breuius.

Exemplum Cice. quo ipse à sua persona beneuolentiã conciliat, et modeste suũ officiũ in amicos et Rẽp. exponit

G v Etjã

DE INVENTIONE

Etsi Quirites non est meae consuetudinis initio dim-
 cedi rationem reddere, qua de causa queng; defendam,
 propterea quod cum omnibus ciuibus in eorum pericu-
 lis semper satis iustam mihi causam necessitudinis esse
 duxi: tamē in hac defensione capitis, fame, fortunarūq;
 omnium C. Rabirij, proponenda ratio uidetur esse of-
 ficij mei: propterea quod quae iustissima mihi causa ad
 hunc defendendum esse uisa est, eadem uobis ad absol-
 uendum debet uideri. Nam me cum amicitiae uetustas,
 tum dignitas hominis, tum ratio humanitatis, tum meae
 uitae perpetua consuetudo, ad C. Rabirium defenden-
 dum est adhortata. At uerò ut id studiosissime facerē,
 salus Reip. Consulare officium, Consulatus deniq; ipse
 mihi una uobiscum cum salute Reip. commendatus coe-
 git. Non enim C. Rabirium culpa delicti, non inuidia,
 uitaeq; turpitudine, non deniq; ueteres, iustae, grauesq; ini-
 micitiae ciuium, in discrimen capitis uocauerunt: sed ut
 illud summum auxilium maiestatis atq; imperij, quod
 nobis à maioribus est traditum, de Repub. tolleretur: ut
 nihil posthac autoritas Senatus, nihil Consulare impe-
 rium, nihil consensio bonorum, contra pestem ac perni-
 ciam ciuitatis ualeret: idcirco in his rebus euertendis
 unius hominis senectus, infirmitas, solitudoq; tētata est.
 Quamobrem si est boni Consulis, cum cuncta auxilia
 Reipub. labefactari conuelliq; uideat, ferre opē pariae,
 succurrere saluti fortunisq; communibus, implorare
 ciuium fidem, suam salutem posteriore salute commu-
 ni ducere: est etiam bonorum & fortium ciuium, quales
 uos omnibus Reipu. temporibus extitistis, intercludere

omneis

omneis seditionum vias, munire praesidia Reipub, summum in Consulibus imperium, summum in Senatu consilium, putare: ea qui secutus sit, laude potius & honore, quam poena & supplicio dignum iudicari. Quamobrem labor in hoc defendendo praecipue meus est, studium uero conseruandi hominis, commune mihi uobiscum esse debebit. Sic enim existimare debetis Quirites, post hominum memoriam rem nullam maiorem, magis periculosam, magis ab omnibus uobis prouidendam, neque a Trib. Pl. susceptam, neque a Consule defensam, neque ad populum Ro. esse delatam. Agitur enim nihil aliud in hac causa Quirites, quam ut nullum sit post hac in Reipublicum consilium, nulla bonorum consensio contra improborum furorem & audaciam, nullum extremis Reipub. temporibus perfugium & praesidium salutis Reipublicae. Quae cum ita sint, primum, quod in tanta dimicatione capitis, fame, fortunarumque omnium fieri necesse est, ab Ioue Optimo Maximo, caeterisque dijs deabusque immortalibus, quorum ope & auxilio multo magis haec Respub. quam ratione hominum & consilio gubernetur, pacem ac ueniam peto: precorque ab ijs, ut hodiernum diem, & ad huius salutem conseruandam, & ad Remp. constituendam, illuxisse patiantur. Deinde uoc Quirites, quorum potestas proximè ad deorum immortalium numen accedit, oro atque obsecro, quoniam uno tempore uita C. Rabirij hominis miserrimi atque innocentissimi, salus Reipu. uestris manibus suffragijsque permittitur: adhibeatis in hominis fortunis misericordiam, in Reip. salute sapientiam, quam soletis.

Exemp



DE INVENTIONE

Exemplum nostrum, quo ab auditorum persona benevolentiam conciliamus in oratione, quam habuimus Casaraugustæ. 6. Cal. Junij. 1557.

Masiniſſam Numidiæ regem aduentu Cor. Scipionis exhilaratum, Pa. Iurati, auditores præstantissimi, in hunc modum exclamasse legimus: Grates tibi ago summe Sol, uobisq; reliqui cœlites, quod antequam ex hac uita migro cōspicio in meo regno & his tectis, P. Cor. Scipionem familiæ nostræ iustis de causis amicissimum. Huius prudentissimi regis exemplo, in tanta uoluptate, in hac noua lætitia, in hoc insperato gaudio, exclamare libet: Grates tibi ago summe Christus, uobisq; Lamberte, & Brauli, huius nobilissimæ urbis seruatoribus, quod antequam ex hac uita migro, cōspicio in Aragonia, hoc est, patria mea, in uestra hac urbe, eos Consules, talem Senatū, qui studia literarum erigere ac fouere incipiant, qui regium, qui liberale, qui munificum, opus exerceant, qui tandem totis uiribus, summa prudentia, liberalitate singulari, conentur opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare periculis, retinere studiosos uiros in summa tranquillitate ciuitatis. Hi sunt, qui uerissimè expleant omnem expectationem diuturni desiderij nostri. Hi summa diligentia ciues suos, ac illorum mores, ad omne uirtutum genus fingunt, formant, flectunt. Cùm ergo nobis in cōspectu uestro hæc omnia occurrant, quis mihi uitio uertet, quod eam uoluptatem, quam animo percipio, uerbis exprimam, ornem, exaggerem? Concedite quaeso uiri grauissimi, ut breui oratione ostendam felicitatem, quam

boc

hoc anno ciues uestri sunt ex consulatu uestro consecu-
ti. Deinde pari breuitate commonstrem dignitatem lin-
guarum, quas magno stipendio conductis præceptoribus
uestre iuuentuti tradere uolulistis. &c.

Exemplum alterum, quo in oratione funebri lu-
gentes Ioannis Celaiæ mortem, conciliamus
beneuolentiam à nostra, & audito-
rum persona.

Impudentem planè, omniq; laudabili uerecundia
destitutum me appellare possent maleuoli, si de igno-
to, obscuroq; homine in tam frequèti Patrū, illustriūq;
uirorum confesso dicturus essem, & me unius dieculæ
interuallo copiosam ac idoneam uestris purgatissimis
auribus orationem allaturum affirmarem. Laudū enim
mole obrutus ac planè oppressus, nihil huc in tā bre-
ui tempore, perfectum ingenio, elaboratum industria,
uti par fuerat, adferre possem. Verum cū de eo sim
apud uos, uiri magnifici, uiro uerba facturus, qui cū
familiæ splendore, tum suis laudibus, non modò regni
Valentini, sed Hispaniæ totius oras illustrat, bona me
oneris parte leuatum sentio: speroq; fore, ut quicquid à
me in hoc funebri dicetur præconio, uobis si minus per-
fectum atq; elaboratum, non ingratum tamen ulla ra-
tione uideatur. Dicendum est enim de amplissimi uiri
Ioannis Celaiæ laudibus, eximijsq; uirtutibus: ex quibus
si fructus uberes aliquando cepistis, arbitror illarum
commemorationem uobis nec insuauem, nec iniucundā
ore. &c.

Exemplum tertium nostrum, quo adolescens qui spīā
à medicis

DE INVENTYONE

à Medicis lauream medicam exposcit, concilians
benevolentiam ab auditorū persona.

Si qui sunt in hac nostra misera ac infelici uita fortunati, illi certè sunt, qui confecto sine offensione suae uitaē cursu, ad extremam aetatem peruenerunt, eamq; tranquille placideq; traducunt. Sed tamen, si rem omnē & humanam felicitatē altè perpendas, illos longè beatissimos esse dices, qui toto ferè aetatis spacio magnis in rebus domi forisq; gerendis decurso, non modò lenem & quietam, uerum etiam honoratā & gloriosam suae adepti senectutem. In his uos literarij proceres, si quos alios his temporibus, & meritò possumus numerare, & principem locum iurè uidemus obtinere. Nam ut ceteros honores, qui uobis & in uestra senectute, & in superiorē aetate habiti sunt, omittā, & ad hodiernos ueniam: quis fuit hodie uester in hunc locum celeberrimum ingressus? quae à principibus & nobilibus uiris facta uobis gratulatio est? qui plausus? quae ex uestro aduentu perceptae laetitiae significatio? quo uos uultu omnes excipiunt digitis ingredientēs indicant exclamantes, ille est Anatomicae administrationis peritissimus, hic in historia plantarum nostri seculi Theophrastus iudicatur, iste praepceptorem suū Syluium superat, ille Pergamenum Hippocratis interpretem haud dubie representat. Haec qui audiunt, qui acutè uident, qui studiose contemplantur, summam felicitatem, summum quodpiam bonū in his omnibus positum esse & collocatum arbitrantur. Itaq; desiderant, aut potius auidè sciunt in Collegium istud cooptari, titulos istos, & lauream

eam Medicam, qua uos insigniti estis, adipisci. Inter multos uerò, qui hoc ardentissimis uotis exoptarunt, adsum ego, qui qua potui diligentia uos præceptores meos colui, ueneratus sum, anatomicas administrationes, summis uigilijs & laboribus persecutus sum, historiam plantarum, & stirpium cognitionem tāta alacritate & studio requirebam, ut interdum editissimas rupes & immania saxa conscendens, uitam ipsam imminentis periculi oblitus uiderer negligere. Quoniam autem non omnibus contingit adire Corinthum, & pauci quos æquus amaui Iupiter, aut ardens euexit ad æthera uirtus, hoc consequuntur, uos qua soletis liberalitate iter adolescentibus aperuistis, hoc laudabili instituto, ut antequam laurea Medica, aut Hippocratica ornentur, publicas proponant scholas, quas, diligenter explicant, & summa dexteritate, si qui eas labefactare uelint defendant. Mandavi ego typis Medica theorematum, ut uobis obtemperarem, nunc precor ut solita benignitate ingenioli nostri periculum faciatis: nam si hoc mihi diuino auxilio contingat, ut nostra industria uobis probetur, felix planè sum, & omnium uicos ac præta contemno. Hoc unum oro & obsecro, ut in ipsa disputatione, quando iam animi omnium incalescunt, unusquisque susceptæ prouinciæ recordetur. &c.

De attentione.

Attentio, est commendatio rei, & propositio: non quidem probandæ quæstionis, illa enim προβολή *proboli* dicitur, sed totiùs sermonis nostri quasi ambitiosa uenditatio.

ditatio. Vt ergo attentè audiamur, trium rerum aliqua consequemur. Nam aut magna quedam proponemus, aut necessaria, aut coniuncta cum ipsis apud quos res agetur. Magna, pariūt admirationem: Necessaria, uim incutiunt animis. Coniuncta, spe boni, fuga mali, mortales sollicitant. Magna habes in oratione pro C. Rabirio Perduel. Necessaria, Antoniana tertia, Serius omnino P. C. quàm tempus, &c. Coniuncta cum ipsis apud quos res agebatur, posuit in Verrè: Quod erat optadū maximè iudices, &c. Attentionem quoq; comparabimus, si breuitatem polliceamur, si oremus, ut attentè auscultet. Breuis etiam in intio mora, & silentium dicentis attentionem parat, ut de Vlysse Ouidius refert. Licet etiā aliquando ab Apologo, aut festiuo Apophthegmate, initium sumere: ut Cicero. 3. de Officijs: Publium Scipionem, &c.

Exemplum nostrum, quo attentionem & beneuolentiam comparamus ab historia: in illa oratione, quam recitauimus in Academia Valentina, mense Iulio 1556. ab Aragonijs uocati, apud quos annos quinq; transegimus.

Hinc Strabo et Aelianus Chionocratem uocat, Iustinus Cleomenē, sed nos Plinius et Solinus sequuntur.

Dinocratem architectum nobilissimum heroicis illis tēporibus, Celaia Rector magnifice, auditores praestantissimi, à Macedonia ad Alexandri Magni exercitum profectum fuisse legimus: illa sola causa concitatū, quæ alios frequenter ad regum contubernia impellere cōsuevit. Cū autem purpurati idoneum commendationi tempus expectantes, tardiores iusto existerent, à seipso praesidium petens, quod optauerat assequutus est.

Erat

Erat Dinocrates procera corporis statura, facie grata, forma dignitateq; summa: colore lacteo, uiuacibus oculis, serena prorsus ac regia fronte, omnium qui adessent eius ætatis formosissimus. His igitur naturæ muneribus confusus oleo corpus perunxit, caput coronauit populea fronde, leuum humerum pelle leonina textit, dextraq; clauam tenens incesit contra tribunal regis iudicantis. Nouitas populum cum auertisset, cospexit eum Alexander, & admiratus iussit ei locum dari, ut accederet, interrogauitq; quis esset, cognitis iam omnibus, eum muneribus exornauit & iussit ciuitatem Alexandriam constituere. Itaq; Dinocrates à facie dignitateq; corporis commendatus ad eam nobilitatem peruenit. Mihi autem eam corporis dignitatẽ non tribuit natura, colorem pallidum effecerunt literarum studia, uocem tacitẽ tinnientem effecit assiduus in prælectionibus labor: & laterum magna contentio. Itaq; ab his præsiidijs destitutus, non aliunde mihi auxilium expectandum censeo, quàm à uestra benignitate auditores egregij. Ecquando autem commodius, quàm hodie in meo diceßu indicare uestram benignitatem potuistis? Quare si quam in dicendo tarditatem, si quid in pronuntian- do insulsum, aut agreste protulero: id dolori, uel moerori potius, quem ex diceßu ab hac urbe suscipio, tribuite, & uestra benignitate mihi ignoscite. Equidem illum ego ex numero hominum eijciendum, ex finibus humane naturæ exterminandum puto, quem beneficij accepti obliuio uel exigua comprehendat, ipse beneficio uinctus, ingratus esse non possum. Piaculum autem est illis

H. in saluta

*in napa
rva*



insalutatis discedere, qui me propter studia literarum
 delegerunt, qui in suum ordinem cooptarunt, humanissi-
 me tractarunt, mercede sustinuerunt, spe fortunæ melio-
 ris crexerunt. Hisce omnibus adductus, ego hanc aca-
 demiam nō aliter nomino, quā patriā, cuius 14. annis
 sum incola. Placuit ratio administrationis uestre, edu-
 catio ac ciuilitas populi huius et incredibilis in eo quies
 ac iustitia per gentes quotidie celebrata. Itaq; & uxo-
 rem hīc duxi, nec secus huic ciuitati cōsultum uelim, quā
 ei, in qua quod uitæ reliquum Christi benignitas fecerit
 traducere statuerim, absoluto hoc tempore, quo ue-
 lim nolim abesse cogor. Discessurus autem Mithrida-
 tem ducem uasrum imitari malo, quā seuam illam ac
 ueneficam Medeam, hæc enim cum Iasone è Ponto quō-
 dam profugisse dicitur: quam prædicat in fuga fratris
 sui membra in ijs locis qua se parēs persequeretur, dissi-
 pauisse, ut eorū collectio dispersa mœrorq; patrius ce-
 leritatem persequendi retardaret. Sic Mithridates fu-
 giens maximam uim auri atque argenti, pulcherrima-
 rumq; rerum omnium, quas & à maioribus acceperat,
 & ipse bello ex tota Asia direptas in suū regnum con-
 iesserat, in Ponto omnem reliquit. Hæc dū Romani col-
 ligunt omnia diligētius, Rex ipse è manibus effugit, ita
 illum in persequēdi studio mœror, hos lætitia retarda-
 uit. Discessurus ego ex hæc urbe diu multumq; cogita-
 ui, quas gemmas in uia dissiparem, quibus discipuli mei
 occupati à me reuocando desisterent. Nihil autem oc-
 currit unquam quod esset cum Ciceronis facundia con-
 ferendum, aut quod Valentine academie gratius exco-
 gitari posset. &c.

De

De docilitate

Intelligēter audimur, quum facillimē auditor discit,
 Et quid agatur intelligit. Apponemus ergo causæ
 totius generalem partitionem, quæ aperiat causarum
 capita, non quidem ut ea exponat, Et probet: sed tan-
 tum ut cōstituat, Et quasi designet. Vnde hæc pars uo-
 cari solet *ὁὐσασις κεφαλῶν*. Quemadmodum autem
 propositionū quædam fiunt nō solum in singulis exor-
 dijs Et statibus, sed etiam in singulis argumentis: sic
 Et diuisionum quædam est generalis, totius orationis,
 aliæ particulares singularum quæstionum: quæ Et ple-
 runq; in renouatione maximē, post narrationem pro-
 ponūtur. Cōplectemur à principio genus materiamq;
 causæ: ut Cicero in Verrem: Multa mihi necessariō
 iudices prætermittenda s, u, p, a, m, a, Et c. Hic expo-
 suit summam totius accusationis. Diuidit Antoniana
 prima: Ante quàm de Rep. P. C. Et o. In hac partiti-
 one uitanda est partium confusio, quia prudentiam, hoc
 est, intelligendi uim atq; facultatem implicat. Vitanda
 multitudo, quia memoriam confundit: tandem quæ mox
 de narratione dilucida dicentur, eadem etiam huc po-
 terunt referri. Qui in exordio Protasin, Axiosin, Et
 Basin obseruant, nimis religiosē Græcorum uesti-
 gijs insistent, ideo à nobis contemnentur.

Appendix.

Possunt etiam exordia sumi extrinsecus à tempore,
 ut pro Cælio.

Ab armatis in foro: ut pro Milone.

A loco: ut pro Deiotaro.

H ij

A6

DE INVENTIONE

Ab interuētū alicuius: ut in Verrem, qui præter opinionem aderat iudicio. Nos mense Maio 1564. cum repētē & inexpectati accessissent illustrissimus Gonçalus Perezius à Secretis Philippi Hispaniarū regis, & Segrianus episcopus summa pietate & eruditione insignis, Mijauila Gymnasiarchus clarissimus, tam celebri & frequenti auditorio accensi, in omni amplificationis genere exarsimus: sumpto exordio ab illorū interuentu. Testes sunt locupletes Hieronymus Buylus medicus peritissimus, & Nicolaus Clarachetus utriusq; Philosophie laurea insignis.

Ab interpellatione ut Antoniana. 4. cum populus acclamando interpellasset, adiecit: Nunc uerò multò sum erectior q, u. Ab aduersarij dicto: ut Philippica 9. in peroratione. Sunt enim exordiendi, & perorandi præcepta communia.

Vitanda in exordijs.

Fugiendum uulgare exordium, quod in plures causas, tanquam gladius Delphicus conuertitur.

Cōmune, quod in hanc & contrariam partem cause potest conuenire.

Longum, quod tollit corporis symmetriam.

Separatum, quod cause non coheret, aut nihil ad rem pertinet.

Translatum, commutabile, & contra præcepta addunt multi: sed quorsum, non'ne & ista sunt contra præcepta.

De exordio vago.

Exordium

Exordium uagum, aut præfatiunculas, uoco ego, quādo aliquis disputaturus publicè aliqua breui orationiuncula auditorum animos aut conciliat, aut exhilarat: quoniam uerò multi hæc exordia uituperant, reiecimus illa ad elocutionem, ubi & istis respondebimus, & formulas aliquot exordiendi proponemus.

Caput III. De Narratione.

Narratio est rei gestæ, aut tanquam gestæ utilis ad persuadendum expositio, usus ipsius à Cicero traditur: ut sit quædam quasi sedes ac fundamentum constituendæ fidei, quia quod argumētorum continet breuis expositio, fusius explicat narratio: quò fit ut propositio breuis pro narratione collocari possit. Narrationis uirtus prima est, ut sit dilucida: altera probabilis, tertia suavis. Dilucida erit, si usitatis uerbis, proprijs, & ijs quæ in elocutione dicemus ornatur. Nam si dicas: Pedem Cashar in templum labans ferebat tarde, obscurū est: at si dicas: Senex infirmus tardus ibat in templum, dilucidum erit. Probabilis erit si personis, temporibus, locis ea quæ narrabuntur consentient, si cuiusq; facti & euenti causa ponetur: Si testata dici uidebuntur: si cum hominum opinione, auctoritate, lege, more, religione coniuncta: si probitas narrantis significabitur antiquitas, memoria, orationis ueritas, & uitæ fides.

Suavis est quæ habet admirationes, expectationes, exitus inopinatos, interpositos motus animorum, col-

loquia personarum, dolores, iracundias, metus laticidias, cupiditates.

Exemplum Ciceronis ex

Verrina. 3.

Unum aliquod de nefarijs istius factis eligam: quod
facilius ad Siciliam possim aliquando, quæ mihi hoc
oneris, negotijq; imposuit, peruenire. Oppidum est in
Hellepontico Lampsacum Iud. in primis Asiæ provin-
cia clarum, & nobile: homines autem ipsi Lampsaceni
tum summè in omnes ciues Romanos officiosi, tum præ-
tereà maximè sedati: & quieti propè præter cæteros,
ad summum Græcorum otium potius, quàm ad ullam
uim, aut tumultum accommodati. Accidit, cum iste à Gn.
Dolobella efflagitasset, ut se ad Regem Nicomedè Re-
gemq; Sadalam mitteret, cumq; iter hoc sibi magis ad
questum suum, quàm ad Reipub. tempus accommodatū
deposcisset, ut illò itinere ueniret, Lampsacum, cum
magna calamitate, & propè pernicie ciuitatis, dedu-
citur iste ad Ianitorem quendam hospitem, comitesq;
eius item apud cæteros hospites collocantur. Vt mos
erat istius, atq; ut eum suæ libidines flagitiosæ facere
admonerāt, statim negotium dat illis suis comitibus,
nequissimis, turpissimisq; hominibus, ut uideant, & in-
uestigent, ecqua uirgo sit, aut mulier digna, quam ob-
rem iste Lampsaci diutius cōmoraretur. Erat comes
eius Rubrius quidam, homo factus ad istius libidines:
qui miro artificio quocunq; uenerat, hæc inuestigare
omnia solebat: is ad eam rem istam defert: Philodamiū
esse

tracho de
malipoli

esse quendam genere, honore, copijs, existimatione, facile principem Lampfacenorum: eius esse filiam, quae cum patre habitaret, propterea quod uirum non haberet, mulierem eximia pulchritudine: sed etiam summa integritate, pudicitiaque existimari. Homo, ut haec audiuit, sic exarsit ad id, quod non modo ipse nunquam uiderat, sed ne audierat quidem ab eo qui ipse uidiasset: ut statim ad Philodanum migrare se diceret uelle. Hospes Ianitor, qui nihil suspicaretur, ueritus ne quid in ipso se offenderit, hominem summa ui retinere coepit: iste qui hospitis relinquendi causam reperire non posset, alia sibi ratione uiam munire ad stuprum coepit: Rubrium delicias suas, in omnibus eiusmodi rebus adiutorem suum, et conscium, parum laute diuersari dicit: ad Philodamum deduci iubet. Quod ubi est Philidamo nunciatum, tametsi non erat ignarus, quantum sibi, ac liberis suis iam tum mali constitueretur, tamen ad istum uenit: ostendit manus illud suum non esse: se, cum suae parietes essent hospitum recipiendorum, tum ipsos tantum Praetores, et Consules, non Legatorum aedecias recipere solere. Iste, qui una cupiditate raperetur, totum illius postulatum, causamque neglexit: per uim ad eum, qui recipere non debebat Rubrium deduci imperauit. Hic Philodamus, postea quam ius suum obtinere non potuit, ut humanitatem consuetudinemque suam retineret, laborabat, homo qui semper hospitalissimus, amicissimusque nostrorum hominum existimatus esset, noluit uideri ipsum illum Rubrium inuitus in domum suam recepisse: magnifice, et ornate, ut erat in primis inter

H iij

suos

no An
a p ter

suos copiosus, conuiuium comparat: rogat Rubrium,
 ut, quos ei commodum sit, inuitet: locū sibi soli, si ui-
 deatur, relinquat: ut etiam filium suum lectissimū ad-
 lescentem foras ad propinquum suum quendam mitte-
 ret ad coenam. Tum Rubrius istius comites inuitat:
 eos omnes Verres certiores facit, quid opus esset, ma-
 turē ueniunt: discumbitur. fit sermo inter eos, & inui-
 tatio, ut Græco more biberetur: hospes hortatur: po-
 scunt maioribusq; populis: celebratur omnium sermo-
 ne, lætitiæq; conuiuiū. Posteaquā satis calere res Ru-
 brio uisa est: Quæso, inquit, Philodame, cur ad nos
 filiam tuam nō intrō uocari iubes? Homo, qui & sum-
 ma grauitate, & iam id ætatis, & parens esset, obstu-
 puit hominis improbi dicto: instare Rubrius. tum ille,
 ut aliquid respōderet, negauit moris esset Græcorum:
 ut in conuiuiō uirorum accumberēt mulieres. Hic tum
 alius ex alia parte. Enimuerō ferendum hoc non est,
 uocetur mulier, & simul seruis suis Rubrius, ut iam iā
 clauderent, & ipsi ad fores assisterent, imperat. Quod
 ubi ille intellexit id agi, atq; id parari, ut filie suæ uis
 afferretur, seruos suos ad se uocat, his imperat, ut se
 ipsum negligant, filiam defendāt: excurret aliquis, qui
 hoc tātum domestici mali filio suo nuntiet. Clamor in-
 terea fit tota domo inter seruos Rubrij, atq; hospitis:
 iactatur domi suæ uir optimus, et homo honestissimus,
 pro se quisq; manus affert: aqua deniq; feruenti à Ru-
 brio ipso Philodamus perfunditur. Hæc ubi filio nune-
 tiata sunt: statim exanimatus ad ædes cōtendit, ut & ui-
 tæ patris, & pudicitie sororis succurreret. Omnes eo-
 dem

dem animo Lampsaceni, simul ut hoc audiuerūt, quōd eos tū Philodami dignitas, tū iniuriæ magnitudo mouebat, ad edes noctu conuenerunt. Hic licitor istius Cornelius, qui cum eius seruis erat à Rubrio, quasi in presidio ad auferendam mulierem collocatus, occiditur: serui nonnulli uulnerantur: ipse Rubrius in turba sauciatur. Iste, qui sua cupiditate tantos tumultus concitatos uideret, cuperet aliquā euolare, si posset. Postridie mane homines in concionem ueniunt: querunt, quid optimum factu sit: pro se quisq;, ut in quoq; erat autoritatis plurimum, ad populum loquebatur: inuentus est nemo, cuius non hæc & sententia esset, & oratio: non esse metuendum, si istius nefarium scelus Lampsaceni ultimi manuq; essent, ne Senatus, populusq; Rom. in eam ciuitatem animaduertendum putare. Quōd si hoc iure legati Popu. Rom. in socios, nationesq; exteras uterentur, ut pudicitiam liberorum seruare ab eorum libidine tutam non liceret: quiduis esse perpeti satius, quàm in tanta ui atq; acerbitate uersari. Hæc cum omnes sentirent, & cum in eam rationem pro suo quisq; sensu, ac dolore loqueretur: omnes ad eandem domum, in qua iste diuersabatur, profecti sunt: cedere ianuam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circumdare, ignem subicere cœperunt. Tum ciues Rom. qui Lampsaci negotiabantur, concurrunt: orant Lampsacenos, ut grauius apud eos nomen legationis, quàm iniuria Legati putaretur: sese intelligere hominem illum esse impurum, ac nefarium: sed quoniam nec perfecisset, quod conatus esset, neq; futurus erat Lampsaci pos-

stea, leuius eorum peccatum fore, si homini scelerato
 pepercissent, quam si legato non pepercissent. Sic iste
 multo sceleratior & nequior, quam ille Adrianus, ali-
 quanto etiam felicior fuit. Ille, quod eius auaritiam
 ciues Rom. ferre non potuerant. Vticae domi suae uiuus
 exustus est: idq; ita illi merito accidisse existimatum est,
 ut laetarentur omnes. neq; ulla animaduersio constitue-
 retur: hic sociorum ambustus incendio, tamen ex illa
 flamma, periculoq; euolauit: neq; adhuc causam ullam
 excogitare potuit, quam ob rem commiserit, aut quid
 euenerit, ut in tantum periculum ueniret.

Artificium superioris narrationis.

Honestam ac pudicam Philodami filiam Verres uiol-
 lare contendebat, unde exortus est tumultus, ministri
 Verris alij caesi, alij uulnerati, ipse penes domi combustus
 est: Philodamus tandem cum filio damnatus, atq; securi
 percussus. Raptus ergo ille idoneis personis attribui-
 tur, ut Rubrio homini facto ad Verris libidines, qui
 miro artificio, quocunq; uenerat: haec inuestigare om-
 nia solebat. Datur negotium comitibus nequissimis, tur-
 pissimisq; hominibus: Vt, inquit, mos erat Verris, &
 cum suae libidines facere admonuerant. Age, quod tem-
 pus erat oportunum magis ad rapiendam mulierem,
 quam nocturnum? quam post coenam lautiorem? quam
 cum frater abesset, & propinqui? quam cum frequen-
 tes conuenissent comites illi Verris, qui more Graeco
 bibissent? qui poposcissent maioribus poculis? qui cele-
 brassent omnium sermone letitiaq; conuiuium? Quid
 autem maturius? quam quod Lampsaceni postridie ma-

ne in concionem ueniunt, quærent quid optimum factu sit, in Verrem prodeunt, ignem subiiciunt aedibus. sic enim facta consilio uidentur omnia. Ne dicas ea sic exposita, quia hoc modo gesta sunt, sed ita ab Oratore quæsitæ & digesta, ut probabilis esset expositio. Porro considerauit Orator sapientissimus, qui locus rei conueniret, migrarétne Verres ad Philodamum: quod erat facturus, nisi retinisset hospes: deinde, eò ne mitteret Rubrium delicias suas, in omnibus eiusmodi rebus adiutorem suum & conscium: præterea quo seruos loca constituerit Rubrius, quos ad fores stare iubet, ut ingressientem auferant. Postea, ut Verres Philodamum uocaret in Asiam ad Neronem, ut iniquitate loci facilius damnaretur: ut in foro Laodiceæ spectaculo acerbo sit necatus. Pergamus. Quàm diligenter cuiusq; facti, & euenti causam posuit? Lampsaceni, inquit, maxime sedati & quieti: non irruunt, igitur, nisi lacesiti, nisi consilio capto, nisi re decreta. Mittitur Rubrius, quia factus ad Verri libidines: dantur idonei comites, quia nequissimi. Hæc mulier præter cæteras appetitur, quia eximia pulchritudine, & quæ uirum non habebat. Rubrius reliquit hospitem, quia parum lautè diuersari mentiebatur. Philodamus egrè Rubrium admittit, qui Prætores & Consules, non Legatorum assedas recipere soleret: ut maior sit eius hominis auctoritas, & eius offensio multò grauior. Quid moror? nihil enim dictum sine sua causa, ut fit in neruoso quodam genere dicendi. Veniamus ad id quod quartum est. Testata dici uidentur, & aperta atq; uulgata: quia, ut inquit

quit, ciues Romani, qui Lampsaci negotiabantur, affue-
 runt: Quia Verres nullam causam excogitare potuit,
 quamobrem commiserit, aut quid euenerit, ut in tan-
 tum periculum ueniret: quia Cicero ea se Lampsaci
 cognosse dixit, & C. Varro ex Philodamo audisse.
 Quod quintum est, quis non opinetur grande flagitiū
 à Verre commissum, propter quod Lampsaceni socij
 P. R. Legatum saxis, ferro, igni aggrediuntur? egre
 diuiduntur? Quanta autoritas, & in Philodamo, & in
 toto oppido, concione uocata? dictis sententijs? omni-
 bus uno animo consentientibus? Contrà, quis non existi-
 met id fecisse Verrem pro ea autoritate, qua Legatus
 abutebatur? Quis non iudicet iniuria damnatum Phi-
 lodamū autoritate Dolabellæ, corruptiq; iudicij? Lex
 hospitalis à Philodamo seruatur: Rubrius lautè de
 morte tractatur: probabile est. Homo nequā legē uio-
 lat hospitij, morem honestum repudiat: & hoc proba-
 bile. Sanctimoniam, religionemq; hospitem spernit
 adulter impudens: credibile est: Eandem religiosè con-
 seruat homo, genere, honore, copijs, existimatione faci-
 le princeps Lampsacenorū: hoc etiam credibile. Quid
 tandem? Probitas narrantis significatur his uerbis:
 Nemo iamiam Dolabella, neq; tui, neq; tuorū liberūm,
 quos tu miseros in egestate atq; in solitudine reliquis-
 sti, misereri potest. Quanto dicit affectu, quanta pro-
 bitate? Quia Dolabella Philodamum damnauerat:
 quanta memoria, quanta fide, totam conficit narra-
 tionem? quī locos, quī tempora, quī personas, quī facta,
 quī dicta, quī omnia & tenuit, & digessit? Quam cō-
 modè

modè significatur, & consuetudinum, & antiquitatum
 observatio? Græco, inquit, more bibebatur. hospes hor
 tatur: poscunt maioribus poculis. Hæc & alia multa
 probabilem faciunt narrationem: quæ notasse breuiter
 idcirco uolui, ut interpretis officio ne deessem. Quid
 quòd in eadem expositione sunt omnia, quæ de suauit
 tate tradit? Admirabere incredibilem sceleratorum
 audaciam, sed magis fratris eius mulieris aduentum,
 pugnam, cædes, uulnera: & iterum cõkursus in concio
 nem, fidem, Lampsacenorum in Philodamum Philo
 dami constantem animum ad ulciscendam iniuriam.
 Vbi principium audieris, illectus rei nouitate in long
 gum uocabere, non sine expectatione iucunda, quid Ru
 brius sit facturus, quid frater mulieris, quid Lampsac
 eni, quid tandem Verres immanis & ferox. Quumq;
 ex leui principio, rixas, pericula, uerbera, cædes ortas
 cognoueris. Tenebunt animum exitus inopinati: tumq;
 senties interpositos motus animorum, quando molli
 tus animo, haud temperabis à lacrymis. Ibidem collo
 quia personarum: Quæso, inquit, Philodame, cur non
 ad nos filiam tuam intrò uocari iubes? Hic tum alius ex
 alia parte: Enimuerò ferendum hoc non est, uoce
 tur mulier. Hic dolores patris & filij, metus cum to
 tius domus, tum Philodami: tum Verris lætitiæ in con
 uiuiis, cupiditates stupri, iracundiæ in ulciscendo. Huc
 adde dilucidum genus ex uerbis proprijs, usitatis, &
 dispositis: adde genus illustre, quo res ob oculos ponun
 tur: adde breuitatem eam, quæ nihil frustra petit. In
 una hac ista narrotione cuncta reperis, quæ propo
 nuntur

ponuntur ab eodem autore seruanda. Vt autem res sit
 apertior utere contrarijs, dicq; narrationem incredi-
 bilem, quæ neq; personis, neq; temporibus, neq; locis cõ-
 sentit: quæ nullius facti, & euenti causam ponit: in qua
 intestata dici uidentur: quæ nititur aduersum hominũ
 opinionem, autoritatem, morem, legẽ, religionem: quæ
 narrantis improbitatem significat, aut eius nouitatẽ,
 aut obliuionem, aut mendaciũ, aut uitæ inconstantia.
 Suauitas autem percipitur ex uaria humane muta-
 tionis contemplatione, tædium à similitudine.

*Exemplum nostrum, quo expecta-
 tiones, motus animorum, metus, & alia ad suauem nar-
 rationem reuocantur. in Dialogo nostro publicè reci-
 tato. 1562. mense Ianuario adferemus autem frag-
 mentum prolixum, ut lectorem exhilarare possimus.*

Hæc uer-
 ba sunt
 desump-
 ta ex me-
 dio dia-
 logo.

SINAP. Vale uita ego Sinapius morior. MEL.
 Audis Egnati est ne Daphnis ille ex primo Idyllio
 Theocriti. EGN. Accedamus propius, cedo speculum,
 admoueamus ori: uah adhuc spirat? heus Robortelle
 dicto citius uolato, accerse medicum. ROB. quem me-
 dicum? Dolebam, an Ledesman? EGN. quem uoles? sed
 heus mane, mane, reuiuiscit iam. SINAP. O uiri clarissi-
 mi quantum Deo optimo maximo debeo, qui uos tam
 opportunè huc adduxit. Nam me uestro aspectu scito-
 te ex magna perturbatione totius ualetudinis, tanquã
 ad aspiciendam lucem esse reuocatum. præbete quæ so-
 manus, ut timoris partem deponam: id enim fortasse
 aliquis

aliqua ex parte, sollicitudines alleuabit meas. ENG. En
 porrigimus, explica iam quod passus fueris. SIN. Ma-
 ne, explicabo, cum omnis, quæ me angebat, cura conse-
 derit. Vah iam se meus animus erexit, narrabo rē pla-
 nē admirabilem, uos eas aures quas & res ipsa hactē-
 nus inaudita, & mea necessitas exposcunt præbete. Fa-
 ma huius urbis & academiæ cōcitatus, relicta patria,
 tandē hesternā nocte ad hæc suburbia perueni in hoc Narratio.
 ergo uico Saguntino nidum quæsiui satis aptum & tū-
 amœnum inueni. Coenatus in cubiculum ductus sum ab
 hospite, ut quiescerem: sed uix oculis somnum capere
 sibi uem coeperam, cum ecce hospita nuda genu, & fla-
 mme sursum reuincta capillos, ingreditur, & me admo-
 dum suauiter, & molli sermone Valētino alloquitur. Hæc Expectatio.
 adolescens uenustissime, uir quidam nobilis nunc appu-
 lit, quem certē non possum excipere, ut dignus est, nisi
 huius lecti participē facias, si id à te impetraro, inue-
 niam. Ecastor ipsa postea occasionem, qua tantum be-
 neficium possim rependere. Concessi, laudauit illa meā Collo-
 benignitatem, & discedens nobilem illū ad me mittit. quia per-
 Ingreditur ergo calamistratus eleganti cesarie iuue-
 nis, qui posteaquam me urbanē salutauit, statim se ex-
 xuere coepit extenso prius sudario candidissimo & acu-
 picto per mensam mediam. Eduxit mox gladium unū
 cum baltheo, quem compositē admodum ad caput mē-
 se reposuit. Deinde tibialia, & thoracem eodem modo
 ad alterum caput: me hæc omnia inspectante, sed limis
 oculis inter lodicem & puluinū, quæ ad hoc mihi ad-
 aptaueram, iuxta illa pileum quoque adeo cautē, ut puta-
 res

Motus animorum. res, uix ausum digitis attingere. Cœpi ad hæc mecum irridere hominis uanitatem, & amare eum certè arbitratus sum, aut laborare ex mania. Post hæc ad lintheolum ille accessit: & stās, altera quidem palma supra uerticem posita, tribus digitis dextræ manus substituit cæsariem, quam uerisimile est, gestabat, non suā, & caput ostendit rasum undiq; quales in Polyandrijs cernuntur mortuorum caluariæ. Vix intereā poteram cachinnum cohibere: sed dentibus accepta lodice reprimebam spiritum. Visus etiam est ille dentes aliquot ab ore accepisse, quos ferebat exemptiles. Tandem leuiter dextra nasum apprehendit, quem cum huc illuc, tanquā ex cardine mouens flexisset, supra lintheolum posuit. Tunc ipse ridere desij, horror enim non mediocris cachinno successit. Ille post euulsas nares oculum utrunq; effodit, & iuxta nasum collocauit. Hic uidisses me iam toto corpore tremere, & concuti: nec quid consilij caperem in rei tam inauditæ casu habebam. Inter hanc meam trepidationem & metum, aures etiam ille deposuit. Ad extremum ambabus manibus apprehensum caput è collo sic euulsit, ut non natura, sed arte aliqua commissum cum reliquo corpore diceres. Hoc ipse non potui amplius sustinere, sed ex lecto profiliens discessi, & huc usq; delitui, nunc uerò solitudinē fugiens, ad uos accessi, amabo explicate quidnam hoc omne portendat: uereor enim ne larua, aut lamia sit huic urbi uernacula peregrinos deterrēs. EGN. Rem audiui non minus horrendam, quā illud quod de umbrarum figuris, & falsis imaginibus lib. 2. dierū genialium

genialium recitatur, ego prorsus non assequor. MEL. Incubonem Galeni, quem Paulus Aegineta pnygalionem uocat, fuisse existimo. Sed consulamus hunc Aegyptium, qui ad nos accedit. AEGY. Τίς ἔστι τὸ λέγει; EGN. πολλοὶ καὶ γὰρ οἱ. MEL. Ego prorsus nō intelligo. AEGY. αὐτοὶ φίλοι ἴτε, σπειστέ, ἰγκονάτε, αὐτὸ καὶ ἔστι ἔστι μελλεῖν, ἀλλὰ ἔστι ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκμῆς. το βανίρον λάμβανετ ἀπόπειρα ποιῶμαι λέγετε λέγετε ἔστι δὲ. οχουῶος ἔνδον ἢ ἔξω τὸ βλέπετε τῆς μίριθρ ἰπισπάσαμενοι. EGN. ὡς ἔστι τὸ ἄμασ ἀπητὸν. ῥωτῆ το βανίρον καὶ λέγε ἡμῖν τί παροχέει. AEGY. ὁ δὲ δυναμαί τὸ το γνῶναι ἐκ τῶ μόνῳ πρῶτόπῳ, καὶ ἐκ τῶ ὀφθαλμῶν ἀλλὰ φράζε σου τί ἔστι ἐν θαυτῷ κενόν, καὶ ὅσις ποτὶ ἔστι ὅτῳ, καὶ τὸ χάρην, καὶ σὸ δειόμενῳ ἡλθε μετὰ σφῶν εὐθαδί. SI N. Quid querit nunc? EGN. Vult ut ipsemet repetas omnem historiam, age accede, & illi breuiter in aurem narra. AEGY. ἰσκηνα ἰσκηνα, ἐγὼ μὲν ἄλλῃ λέξω. EGN. φρασσον. AEGY. σί μοι ἔχρησε ἔ EGN. λαμβανε. AEGY. ἴδτος ἰσέ ῥητορ μέγας τὸ το δὲ ἀληθεῖς εἶναι νομίζω, καὶ πάντες βλέφετε, ἰπιδαρ ἢ πῆωπ ἰσχωρῆ, τὸ γὰρ ἐν ὑπνίον ληθοὶ τῆς ῥητῆς ῥικῆρ ἐσ τὸ τορ νεανίσκορ ἐθῶσορ. ἢ καὶ ῥητορικῆ πέντε ἔχει ἔμῖρη, ὡσπερ το σῶμα ἀθροπίνορ κῶδρ τῆς κεφαλῆρ σῶ θλιῶ βραχίωναί, καὶ ἔσκειλι μετεπήξα δὲ ἔσκαλλ' μόρια, καὶ τὸ τορ ἀναλυσιρ ἔνυπυιορ σκμαίνει. ὅτος ἄρ' ἰκενο ο ἐν τῆ ἡμέρα παρ τελῶς εὐνῶ, καὶ ἔσκαυε ἐν τῆ νύκτι δὲ ἔνυπυιορ ὄρα. EGN. O te felicem Sina-ri, cuius studia tanquam Platonis incunabula, felici augurio orbi declarantur. Hæc teneas Liuij elegantie fontem exaruisse deflebamus, interceptam quoq; Curtij elegantiam, Trogi grauitatem intermissam esse, Cor-

Hi Peloponnesiaci autem Cretenses se Aegyptios esse fingunt, iures sunt vulgo Bithynians, aut Gitanos vocatur, & tenui bacillo ac funiculo ab habenti aliquo nōtios extrahunt, dum exquirunt dentro, & fuerat, id est, sit ne funiculus liber, an nodo vinctus.

I nelij

nely Taciti magnam partem interijſſe: ſed nunc tu ſolus horum omnium iacturã reficies. SINA. Ne quæſo me ô Egnati irrideas, ne uana ſpe oblectes, explica aupertẽ ſomnium, nec aliò detorqueas. &c.

Cap. IIII. de Egreſſione.

* **N**Arrationis uirtutem quartã, eſſe uolunt Rhetores breuitatẽ: ne quæ explicaturi ſumus, ab ouo ledæo impudẽter auſpicemur. Sed hoc prudentiæ tribuendum, non præceptis cenſeo: prudens enim Orator pro loco, & tempore, addet, aut detrahẽt multa. Sed aliquando Orator lætum plauſibilemque locum exquirit, & opportuna digreſſione animos auditorum exhilarat. Eſt autem digreſſio Græcis dicta παρὶς βασις, λιξος & ἰκβαλή, id eſt, exitus. Vnde apud Thucydidem, ἰκβαλήν ποιῶν λόγων. Ea licebit uti, ut augeamus factum, aut euertamus quæſtionem, ſeu occupemus argumenta, aut animos auditorum à conſideratione criminis, attentioneque nimia diuertamus. Id autem fiet loco communi querela, laude hominum, & aliarum rerum, aut conuicio, deſcriptione, fabula, hiſtoria, exemplo, ſimilitudine, facetijs, qualis eſt Demoſthenis de aſiæ ni umbra. ——— // ——— // ——— // ——— //

Deſcriptiones autem ſunt montium, fluuioꝝ, nauium, &c. quarum capita aliquot ſubiungam.

Flumen laudatur ab ortu, amplitudine, curſu, colore aquæ, locis quæ præterfluit, fluuijs quibus augetur, piſcium genere, à piſcandi & nauigiorum forma, tandem oſtendemus, quos ſinus faciat, quas inſulas, quos agros, quæ nemora irriget.

Ager

Ager laudatur, si ostendas quid ferat, quātum, quo ritu colatur, cuiusmodi cultores, quod arborum genus, cuiusmodi uinum proferat, quæ sit ipsius amœnitas, uerbetas frugum, pomorum uarietas, prædia.

Domus ab area, atrio, amplitudine, figura, materia, quo lapide, cubiculis, situ, prospectu, horto, puteo, fonticulo, sacello. &c.

Urbes laudantur ab antiquitate, prima origine, situ, fundatore, religionis studio, ducibus, Republica, Senatu, frequentia populi, uirtute bellica, studio pacis, ciuium urbanitate, domorum magnificentia, uariarum rerum copia, amœnitate, uicorum latitudine & multitudine, cœli temperie.

Regiones ab antiquitate loci, primis habitatoribus, situ, amplitudine, ducibus, frequentia urbium, fertilitate, tuto transitu, uirtute bellica, aëris clementia, & salubritate.

Templa ab antiquitate, prima origine, situ, fundatore, area, atrio, amplitudine, figura, materia, columnis, tecto, ara, sacellis, turri, tintinnabulis, sacerdotibus.

Montes ab altitudine, amœnitate, herbis, prato, si quod sit in radicibus montis, à rebus raris, nouis, prodigiosis, ab aliqua memorabili spelunca, ab aliquo fonticulo, ab omni herbarum genere.

Naues à magnitudine, materia, fabro, conclauibus, contignationibus, apparatu, rebus necessarijs.

Tandem locum quemuis depingentes describemus: num in edito, an humili, an decliui, in plano, an monte: nemoroso, an secus. Quo flumine, mari, aut lacu allua-

tur, aut eingat. Quantum passuum in longum, in latum, in ambitu, contineat. Hic consideratis coeli plagis, quem prospectum, quas urbes, quos agros, quos montes, quæ nemora in unamquamque partem habeat. Quo sole illustretur, quibus uentis tradatur, cui coeli portioni subiaceat: cuiusmodi coelum habeat, salubre, an pestilens: amœnum, an secus, exponemus.

Cap. V. de contentione.

Contentio pars orationis est tertia: quando confirmamus nostra, confirmatio uocatur: quando redarguimus aliena, reprehensio & confutatio dicitur. Ordo hic est. Præcedit narratio: huic iuncta ferè partitio est, sed ipsa confirmationi cedit, cuius est fundamentum. Hanc tertiam orationis partem, alij probationem uocant, Græci $\tau\acute{\iota}\sigma\omega\sigma\iota\mu, \kappa\alpha\iota \acute{\alpha}\gamma\acute{\omega}\nu\alpha$, quasi certamen. Acute quidem: nam hic strenuè certandum, hic clarissimorum rhetorum, & oratorum ingenia sudauerunt. Dic, quæso, quorsum tanta diligentia auditorem amicum, attentum, & intelligentem effecisti, si nihil probas? aut tandem tuam sententiam frigidis, aut insulsis argumentis confirmas? Huc inuentionem, & reliquas eloquentiæ partes accerse: huc causas, effecta, subiecta, adiuncta, opposita, comparata: huc copiam rerum, & omnem suppellectilem oratoriam adfero: alioqui in loco humili & abiecto consenescet. Obseruandum est autem, omnem confirmationem adhiberi quæstioni, alioqui frustra tela conijcias, si nihil est quod petatur. Quæstiones omnes numero sunt tres. An sit, quid sit, quale

quale sit. Ex his oriuntur tres oratorum status, seu cōstitutiones, de quibus modò eram commodè acturus, sed feruor, & alacritas iuuenilis non patitur, ut mei auditores tandiu à componenda oratione retardentur. Protinus enim exclamant: ecquando dabis nobis orationis partes, ut possimus coram nostris condiscipulis declamare? & ea quæ fusè de inuentione, & copia rerum tradidisti, ad usum & calamum studiosè reuocare? Absoluemus ergo orationis partes: ut habeāt adulescentes, in quibus stylum exerceant: deinde status, seu constitutiones persequemur.

Confirmandi ratio hæc est: in primis argumentando more Dialectico facimus fidem: sed quoniam cōcisa est Dialecticorum ratiocinatio, nos qui non tantum docere, sed etiam delectare, & flectere uolumus, syllogismum quinque partibus absoluemus. Lege Ciceronem de Inuentione. Reliqua docebimus paulò post cap. 7. ibi enim rationem confirmandi in unoquoque causarum genere reperies.

Refutatio seu ἀναστροφή, ex ipsa confirmatione pendet. Nam si memorie mandasti, quæ sunt necessaria ad confirmandum, facile tibi occurret qui refutare possis. In referendo autem argumento aduersarij uaria utemur methodo, nunc enim illud totidem uerbis, nunc obscure, interdum cum incremento, uel extenuatione repetemus. Falsa negabimus, ambigua distinguemus. Magna uerò uis est ironiæ ad diluendum argumentū aduersarij. Inde enim risus & contemptus, quo debilitantur maximè, quæ ab aduersario allata sunt. Iubet

I iij tamen

tamen Hermogenes, ut quæ debilia sunt, illa quasi scientes proponamus: quæ uerò mediocria, per incertitudinem: quæ ualida, sic cū interrogatione inducemus, quasi si ipsi audiamus, sed cum contemptu, nullius esse momenti iam dudum sentientes. Valent ad confutandum: Dilemma, Inuersio, Ceratina, Crocodilites, Aystaton, Pseudomenō, Enumeratio, Subiectio, Violatio: de quibus Cornelius Valerius in sua Dialectica. cap. 93.

Cap. VI. de peroratione.

Necessariam esse Perorationem, ex multis possumus colligere: illud autem in primis declarat, quòd si longa oratione diu detinueris auditores, & absq; omni repetitione subito obmutescas, resolutione lingue, aut corporis paralyti, aut tandem graui lethargo oppressus esse uidearis. Ego per pauca reperio in natura quæ subito deficient: sed omnia ferè uestigium aliquod prioris substantiæ relinquere. Quid tam euacuum quàm bulla? Hæc tamen diffusa aquam circinat. Non'ne sonitus uehementiores tinnitum in aure dimittunt? Sed quæ maiora sunt manifestius hoc declarant, animalium enim maiorum corpora difficilius resoluiuntur: flumina quo maiora sunt, exonerantia se in mare, eò diutius fluxum etiam inter ipsos fluctus maris conseruant. Danda ergo opera est, ut commoda peroratione, quod orator proposuerit, absoluat.

Peroratio tribus partibus constat. Enumeratione, Indignatione, & Conquestione. Vocantur aliter, Epilogus, Amplificatio, Commiseratio. A nobis addetur

μετάβασις, seu transitio, quæ ostendit breuiter quod dictum est, proponit item breui quod consequatur, cuius pars ἀποδίοξις est, qua aliud principium introducimus, κατὰσασις per quam ab alio recedimus. Vt nihil est à me prætermissum, te ut planè Deiotaro reconciliet oratio mea. Item. Sed de his hætenus, omitto reliqua. Superest, ut reliquum crimen audiatis.

Enumeratio seu ἐπιλογία est dictorum breuis collectio. Huius uirtutes quatuor, laudatur enim breuis, uariæ, dilucida, grauis. Breuis erit, si pauca & præcipua repetas. Varia fit, teste Aristotele, quatuor modis, primo simpliciter, ut docui hæc & hæc. Secundo cum quasi differentes nobiscum eadem repetimus. Vt miror eundem, quid isti facerent, si manifestum non esset ipsos primum fidem deseruisse. Coarguuntur enim perfidie propter hæc & hæc. Tertium est per interrogationem, ut libenter ego ab his quærerem, cur non seruant ea quæ promisserunt: neque enim possunt excusare hoc aut illud. Quartum cum quasi consultando alloquimur iudices. ut considerare uos decet, quàm nihil unquam mali accepimus, quamdiu istorum amicitiam coluimus. Ipsi enim hæc & hæc fecerunt. Maxime autem congruunt iræniæ per præteritionem, dubitationem, concessionem. &c. quod sint moratæ. Dilucidam enumerationem faciunt uerba dilucida cum recta compositione. Grauis erit, si habeat allocutiones, uerba grauiæ, morales sententias. Enumerationi coniungunt Græci ὑποχώρησις seu concessionem. ut relinquo iam communem causam, populiq; Romani ius in uestra fide ac religione depono. Hæc in

terdum brevis est, & parrhisiā habet, aliquando plenissima, conquisitis circumstantiis & argumētis ad indignitatem. Ceterum si oratio tantum apud bonos & prudentes haberetur, nō esset opus affectibus. Illi enim sola ueritate non gestu, aut lacrymis commouentur. tamen quia sepe fit, ut quod rectū est, plures non uideāt, & ferantur solo desiderij impetu: ideo quōd rationibus non potest orator, minis, terroribus, & affectu consequitur. Vnde necessaria est ἡθοποιία, id est, affectuum ratio, de quibus paucis agemus.

Perturbationes illæ, motusq; animorum, qui ex aliqua apprehensione subito oriuntur, facileq; sedantur, πάθη, id est, perpeſsiones dicuntur, ut ira, metus, libido, gaudium. Verum ἠθῆ, id est, mores, habitus sunt animi, tam natura, quàm consuetudine comparati. ut audacia, confidentia, arrogantia. &c.

Hæc ambo in Categoria qualitatis ab Aristotele ponuntur, & oratori obseruanda esse idem autor in libris ad Theodectem docet. Et Plato scientiā de anima desiderat in oratore. Quidam enim animi his sermonibus capiuntur, alij uerò alijs. In primis ergo inuestigandæ sunt personarū descriptiones, quarum & mores & studia ob oculos ponantur ad misericordiam.

- | | |
|-------------------------|----|
| Personæ sunt, Reus | 1. |
| Aduersarius | 2. |
| Iudex | 3. |
| Nos | 4. |
| Alij etiam extra causam | 5. |
| Ut necessarii & affines | 6. |

Pro

1 Pro Cluentio: Omnes scitote iudices Larinates uenisse, ut hūc studio frequētiaq; sua, quantū possunt, &c.
 2 At quæ mater? quam cæcam crudelitate. &c.
 3 Eedem spe, sed maiore uerecūdia de te P. Volumni.
 4 Meumq; una laborem.
 5 Orat uos Habitus iudices, & flens obsecrat.
 6 Aliquando oīsp̄, id est, misericordia: nonnūquā δειξοις, id est, indignatio necessaria est. In encomijs cum gratulatione, admiratione atq; emulatione, est perorandum, si leta dixeris: sin tristia, ut oderint, ut inuideant, ut contemnant etiam conabimur. In concilijs si mouendi sunt auditores, propone spem, aut exemplendæ cupiditatis, aut iniuriæ ulciscendæ. Si sedandi animi fuerint, ex periculi spe timorem inieciuo: quod dubij fortunæ exitus, incerti casus rerum, tam ut retineantur prospera, quàm ne moueantur aduersa. Sed in iudicijs omnia concurrunt, odium, inuidia, amor, misericordia. Ex probitate uitæ, morum innocentia: ex grauibus casibus, & calamitate, elicitur misericordia. Odium faciunt, improbitas, seuitia, cupiditas, impudentia: inuidiam gratia, & facultatum copia: iram læsio. Ergo si excitanda misericordia, mores describentur simplices, natura cōditioq; infirma: lacrymæq; & animi sollicitudo ponētur ob oculos. Si inuidia, talem demonstrabis, qui possit iudici propter comparisonem inuidiosus apparere: ut gratiosum, potentem, opulentum, eloquentem, aut aliud simile. Pari namq; ratione inuenies si improbum, impudentem, turpem, & flagitiosum. Quem si fortem dixeris, continentem, iustum, li

beralem, humanum, non poterit nō amari. Quae omnia subiectione descripta, maxime feriunt animum: ac etiā multo magis, si excitata oratione, accommodataq; alloquutione proponantur. ut indignatione, insultatione, παρρησία, atq; id genus. Dico autem feriri animū descriptione saevitiae, calamitatis, libidinis, iucundae etiā cuiuscunq; voluptatis. Describentur uerò haec, quātum fieri poterit, uel in dictis eius, uel in factis: incessu, uultu, habitu, uite totius instituto. Risus etiam, qui omnia saepe dissoluit, excitandus est, uel ex turpitudine, aut uicio corporis, morum, sermonis, patriae. &c. aut per ironiam, allegoriam, amphibologiam, onomasiā, apologos, prouerbia. Sed cauendum, ne dum uolumus alios facetijs nostris alleetos ridere, ipsi simus ridiculi. Ut possis facile haec omnia tenere, edisces concupiscentiae partes, & uoluptatis formas, & irascibilis partes, quae à Platone & Aristotele explicantur. Deinde ut melius affectus moueas, cognoscendi mores hominum: nempe Hispanorum, Gallorum, Italarū. Ut Hispani sunt parci, Galli insolentes, Itali creduli, Germani audaces. &c. de quibus copiosè Scaliger in sua Poëtica:

Exemplum Ciceronis ex oratione in Pisonem.

Amplificationis
praeccepta
suademus
in Elocutione.

Quod cum ita sit, mihi crede, neminem inuitus inuitabis: res ipsa, & Reipublicae tempus, aut me ipsum, quod nolim, aut alium quempiam, aut inuitabit, aut deshortabitur. Equidem, ut paulò antè diximus, non eadē supplicia esse in hominibus existimo, quae fortasse pleriq; damnationes, expulsiones, neces: deniq; nullā mihi

poenam

poenam uidetur habere id, quod accidere innocenti,
 quod forti, quod sapienti, quod bono uiro, & cui po-
 test. Damnatio ista, quæ in te flagitatur, obtigit P. Ru-
 tilio: quod specimen habuit hæc ciuitas innocentiæ. Ma-
 ior mihi iudicum, & Reip. poena illa uisa est, quàm Ru-
 tilij. L. Opimius eiectus est à patria, is, qui Prætor, &
 Consul maximis Remp. periculis liberat: non in eo, cui
 facta est iniuria: sed in ijs, qui fecerunt, sceleris ac con-
 scientiæ poena remansit. At contra bis Catilina abso-
 lutus: emissus etiam ille autor tuus prouinciæ, cum stu-
 prum Bonæ deæ puluinaribus intulisset. quis fuit in tā
 ta ciuitate: qui illum incesto liberatum, non eos, qui ita
 iudicarunt, pari scelere astrictos arbitraretur? An ego
 expectem, dum de te quinq; & septuaginta tabellæ di-
 ripiantur, de quo iam pridem omnes mortales omniū
 generum, ætatum, ordinum iudicauerunt? Quis enim te
 aditu, quis ullo honore, quis deniq; communi saluta-
 tione dignum putet? Omnes memoriam Consulatus tui,
 facta, mores, faciem deniq; ac nomen à Repub. detestan-
 tur. Legati, qui unà fuere, alienati. Tribuni militum ini-
 mici: Centuriones, & si qui ea tanto exercitu, reliqui
 milites existunt, non dimissi abs te, sed dissipati te ode-
 runt, tibi pestem exoptant, te execrantur: Achaia ex-
 hausta, Thessalia uexata, laceratae Athenæ, Dyrrho-
 chium, & Apollonia exinanita, Ambracia direpta,
 Parthini & Bullienses illusi, Epirus excisa: Locrij, Pho-
 cij, Bœotij exusti: Acarnania, Amphilochia, Perrhe-
 bia, Athamarumq; gens uendita: Macedonia cōdona-
 ta barbaris, Aetolia amissa, Dolopes finitimiq; mon-
 tani

sani oppidis, atq; agris exterminati, ciues Romani, qui
 in ijs locis negotiantur, te unum, solum suum depeculato-
 torem, uexatorem, prædonem, hostem, uenisse senserunt.
 Ad horum omnium iudicia tot, atq; tanta domesticum
 iudicium accessit sententiæ damnationis tuæ: occultus
 aduentus, furtiuum iter per Italiam, introitus in urbem
 desertus ab amicis, nullæ ad Senatum è provincia litem
 re, nulla trinis æstiuis gratulatio, nulla triumphi men-
 tio: non modò quid gesseris, sed ne quibus in locis qui-
 dem fueris, dicere audes. Ex illo fonte & seminario
 triumphorum cum arida folia laureæ retulisses, cum
 ea abiecta ad portam reliquisti, tum tu ipse de te sena-
 tentiam tulisse uideris, tum iudicium pronunciauisti:
 qui si nihil gesseras dignum honore, ubi exercitus? ubi
 sumptus? ubi imperium? ubi illa uberrima supplicatio-
 nibus triumphisq; provincia? sin autem aliquid spera-
 re uolueras, si cogitaras id, quod Imperatoris nomen,
 quod laureati faces, quod illa trophæa plena de deco-
 ris, & risus te commentatum esse declarant, quis te mi-
 serior, quis te damnatior, qui neq; scribere ad Senatũ
 à te bene Rempublicam esse gestam, neq; præsens dice-
 re ausus es? An tu in istis, cui semper ita persuasum fue-
 rit, non euentis, sed factis cuiusq; fortunam ponderari,
 dicere audes, neq; in tabellis paucorum iudicum, sed in
 sententijs omnium ciuium famam nostram fortunamq;
 pendere? Te in demnatum uideri putas, quem socij, quẽ
 fœderati, quem liberi populi, quem stipendiarij, quem
 negotiatores, quem publicani, quem uniuersa ciuitas,
 quem Legati, quem Tribuni militares, quem reliqui
 milites

militēs, qui ferrum, qui famem, qui mortem effugerunt, omni cruciatu dignissimum putant? cui non apud Senatum, non apud illum ordinem, non apud Equites Romanos, non in urbe, non in Italia maximorum scelerū uenia ulla ad ignoscendū dari possit: qui seipsum oderit, qui metuat omnes, qui suam causam nemini committere audeat, qui se ipsum condemnet. Nunquam ego sanguinem expetiui tuum, nunquā illud extremū, quod posset esse improbis, & probis commune supplicium legis ac iudicij, sed abiectum, contemptum, despectum à cæteris, à te ipso desperatum, & relictum, circumspectā tem omnia, quicquid increpuiisset pertimescentem, diffidentem tuis rebus, sine uoce, sine libertate, sine auctoritate, sine ulla specie Consulari, horrentem, tredientem, adulantem omnibus uidere te uolui: uidi. Quare si tibi euenerit, quod metuis ne accidat, equidem non molestē feram: sin id tardiū forte fiet, fruor tamen tua indignitate: nec minus libenter metuentem uide bone reus fias, quā reus: nec minus letabor, cū te semper sordidum, quā si paulisper sordidatum uiderem.

De partibus orationis in vnoquoque genere causarum, cap. VII.

DE demonstratiuo laudantur, uel uituperantur personæ, res, facta, ut Annibal, Nero, pax, bellum, Sceuolæ, Lucretiæ.

In demonstratione personarum exordia liberiora sunt, quæ beneuolos, attentos, & dociles faciunt, ac sepe ab aliquo affectu, ducuntur: ut querela, gratulatione, &

ne, & similebus. Nulla ibi narratio, aut perbreuis est. Propositio & Partitio ostendent quibus & quot de rebus, & quo ordine simus dicturi. Loci confirmationis perpetua narratione continentur, qua enumeramus uirtutes, & bona quæ ad imitationem, & admirationem proponuntur: aut uitia amplificamus, quæ fugienda sunt.

Sunt autem hi.

Natales, ingenium

Indoles, educatio.

Adolescentia, & reliquæ etates.

Mors, & quæ mortem sunt consecuta.

Bonũ dici
tur, quod
ut profu-
turum ex
pesimus:
malum,
quod ut
nociturũ
fugimus.

In his patria & parentes, maiores, institutio, præceptores, bona animi, corporis, fortunæ minimè prætermittenda sunt: in quibus explicandis sequemur aut etatis, aut rerum gestarum ordinem, ut quid puer, quid adolescens, quid iuuenis egerit. Postremò laudes sumuntur ab ijs quæ post mortem extiterunt: ut ab honoribus, pompa funebri, literarũ monumētis. Confutatio nulla est, aut si inter laudandum aliquid occurrerit reprehensione dignum, prudenter excusabis: ut si laudas Dauidem prophetam, adulterium cæde cumulatam extenuare poteris. Peroratio erit breuis, auditores excitans ad imitationem, aut gratulationem in lætis, ad miserationem aut consolationem in tristibus.

De oratione funebri.

In hac iubet Plato primùm adferri laudes mortui. moneri uiuentes officij filios & coniunctos ad uirtutis emulationem excitari: tandem consolationẽ adhiberi

affiniũ

affinium, aut eorum quos dolore affectos uiderimus.

In laude rerum, aut pacis, eloquentia, historia. Exordia aliquando sumuntur ab insigni aliqua laude eius rei, de qua dicendum est. Interdum reiecto exordio propositionem narrationis loco adhibemus per commendationem: ut nulli scriptores melius de rebus humanis meriti sunt, quam ij, quorum studio res geste superiorum seculorum memorie prodite sunt. &c. Sequitur partitio, mox confirmatio laudes refert. Argumenta laudum sumuntur ex locis.

Moresto, quod	utili, quod	facili
Antiquitatem,	Utilitatem,	quando facilitas
Originem,	Vsum,	laudanda, aut diffi-
Inuentorem,	Commoda,	cultas prudens ora-
Rei dignitatem	Effecta	tor perspiciet.
Causas efficientes,	Fines,	
& definitionē cō-	Partes, quibus quando, ubi,	
plectitur.	cur utilis sit docet.	

Confutatio iisdem quibus confirmatio locis utitur, & quæ ab aduersarijs uel obiecta sunt, uel obijci poterant, diluit. Peroratio potissima colligit argumenta, & affectus mouet.

Montes, flumina, naues. &c. qua ratione laudari debeant docui cap. 4.

Orationis nuptialis, natalitiæ, epithalamij præcepta tanquam hodie parum necessaria præmittimus. Si quando autem casus exposcat, sequere Dionysium Halycarnassensem, ut nos sequuti sumus anno 1563. in nuptijs Illustrissimi Francisci Aragonij Ducis Segobricensis

bricensis, & Angele Cardenie. Recitavit orationem nostram publice nobilis Michaël Milan auditor noster, nunc monachus Dominicanus.

In demonstratione factorū multi nostri seculi retores noua exquirunt præcepta: sed, ut uideo, superuacanea sunt. Nam qui de facto alicuius dicit, & de persona dicit: quare personarum & factorum eadem erit laudandi ratio. At dices, ubi præcepta uituperandi? Ista Christianis necessaria nō sunt: si quis ea uelit, Verinas, & Philippicas M. Tulli euoluat.

De suasio, cap. VIII.

IN deliberatione finis proponi solet utilitas cū honestate coniuncta, aut dignitas. Profunt hīc uehementer exēpla ab historicis petita. Nam futura à præteritis certius colliguntur, & alienæ fortunæ successus animi audientium uel demittuntur, uel eriguntur.

Stutus sunt, an sit, & quale sit: ut an sit ediscenda Dialectica, & qualis sit, id est, honesta, utilis, necessaria. Exquirimus etiā, an fieri possit, an fieri debeat id, de quo deliberatur. An expediat: ut an expediat huic hac ætate, hoc tempore. &c.

Exordia tractabuntur, ut supra docuimus: & parabitur beneuolentia à nostra persona. &c. aut attentio à rei necessitate, utilitate, periculi magnitudine. Narrationē tum demum apponimus, cū gestum aliquid erit, ex quo nostra deliberatio nascitur. Sic pro lege Manilia Cicero narrat bellum geri cum potētissimis regibus, unde nascebatur consultatio de Imperatore de

zore deligēdo. Interdum narrationis loco propositio-
ne per amplificationem elata utimur: ut pacem suasu-
ri, paucis proponemus nos de pace humane societatis
conseruatrice consilium daturus, prodijisse.

Partitio rerum ordinem, de quibus dicturi sumus,
ostendit.

Confirmationis loci sunt honestum, utile, facile, possi-
bile, necessarium: ad quos reuocantur magnum, pi-
um, equū, iucundū, tutum. Dehortamur uero à turpi, perni-
cioso, molesto, difficili, periculoso. Honestas sumitur ex
legibus, natura, uirtutum definitionibus. Vnde quæ su-
pra de causis efficientibus diximus, fama, & infamia
multum in deliberando ualent. Exagerabis utilitatem,
& facilitatem, incommoda & difficultatem extenua-
bis. Spectatur uero facultas in circumstantijs. Necessa-
rium reliquis omnibus uehementius urget, & ad utili-
tatem à Fabio refertur: ut si dicas necesse esse dederē
urbem, nisi fame perire malint. Confutatio diluit, quæ
aduersarius posset obijcere.

Peroratio colligit firmissima, & exemplis petitis
ex historia hortatur, & affectus mouet. Lege concio-
nes Titi Liui.

De iudiciali. cap IX.

IN iudiciali eadem est exordiendi & narrandi ra-
tio, sed confirmationis loci uarij sunt, iuxta statuunt
uarietatem. Est autem status seu constitutio id, de quo
controuersia est, uel causæ summa, ad quam omnia ar-
gumenta referuntur. Est autem triplex coniecturalis,
cum queritur an sit factum, finitiuus seu legitimus, cum
K, quid

DE INVENTIONE

quid sit factum, quando uerò quale sit factum: queritur, uocatur his nominibus: iudicialis, status qualitatis, & iure ne, an iniuria sit factum. Nascitur status ex intentione accusatoris, & depulsione seu defensione rei: ut occidisti Aiace Vlyffe, non occidi. Questio, an occiderit?

Fecisti sacrilegium Saturnine, non sacrilegium, sed furtum feci. Questio, quid fecerit?

Interfecisti Clodium Milo, interfeci, sed iure. Questio, an iurè interfecerit.

Vbi iam de statu constat, quod reus adfert criminis depellendi causa ἀτιον & ratio dicitur. Infirmitas autem rationis allatae, firmamentum & οὐνχορνο catur. Ex ratione & firmamento κρινωμενον, id est, iudicatio & disceptatio promanat.

Vt, Intentio: sacriligus es. Depulsio, nō sum, sed fur. Status, quid sit?

Ratio. Rem prophanam sustuli, redditurus quae druplum.

Firmamentum, sed ex aede sacra depositam pecuniā furripuisti.

Iudicatio, sacrilegium fecerit, an furtum, qui profanam pecuniam ex aede sacra sustulerit?

In coniecturali statu nec ratio, nec firmamentum queritur: sed ex intentione & depulsione iudicatio constituitur, quae eadem erit, & status & questio. Observandum uerò in unaquaq; oratione quamlibet longa, semper unum aliquem ex omni argumentorum turba syllogismum praecipuum confici, cuius conclusio, seu complexa

complexio status dicitur, sumptio uero manifesta ἀίτιον
 & ratio, quæ controuersa est ὑπὸ νόμῳ, uel iudicatio
 uocatur. Iudicationis probatio οὐνείχοι, id est, continens
 uel firmamentum.

De locis status coniecturalis.

Coniectura à circumstantijs peti solet, suspicionem
 autem probamus, quando & uoluisse, & potuisse ostēda-
 demus. Vnde sunt loci duo VOLUNTAS, & FAC-
 CVLTAS. Voluntas qualitatem personæ, & causam
 inducentem ad suscipiendum facinus complectitur. Huius
 causæ loci sunt duo: impulsio, & narratio.

Ad impulsionem pertinent affectus, ad maleficium
 exitantes, ut ira, odium, amor. Hic diligenter personæ
 attributa spectanda: ut natio, uita integra, uel corrupta,
 studia, natura, affectio animi, habitus corporis, fore-
 tuna. &c. Ratiocinatio continet quæstum, præmium,
 spem commodorum, honoris. &c. uel fugam in cōmodi,
 infamie, doloris. &c. Impulsionem licebit appellare
 argumentum à causis efficientibus. Ratiocinationem à
 fine. Probabis ergo Clodium à Milone interfectum,
 quòd ille solus & ipsum odisset, & potuisset occidere,
 & ex illius morte utilitatem expectaret. Defensor ne-
 gabit fuisse causam, si poterit, alioqui eam extenuabit,
 & iniquum esse dicet, eos ad quos emolumentum aliquid
 perueniret potuerit, in suspicionem maleficij deuocari.
 Tum id alijs quoq; bono fuisse, aut alios quoq; face-
 re potuisse.

Facultatis loci sunt: signa, & rerum circumstantiæ,

K ij quibus

DE INVENTIONE

quibus probatur suspicio. Signum est ueluti dictū, aut factum antecedens, uel consequens, uel cum ipsa re coherens: ut titubatio, trepidatio, pallor, rubor. Circumstantiæ sunt, locus, tempus, occasio, spaciū, spes perficiendi & celandi modus, instrumenta, uires.

Qui defendit, duobus utetur locis: absolute, & inuersione.

Absolutio est per quam signum, uel causam contra nos allatam diluimus. Ut occidisti, quia sepeliisti: sepeliisti quidem, non ut factum celarem, sed ut à ferarum latrocinatione defenderem.

Inuersione, quod contra nos est obiectum, pro nobis facere docet: ut sepeliisti, ergo occidisti: inuertitur sic. Imò si occidisssem, non sepeliisssem. Communes sunt loci à testibus, contra testes, à rumoribus, contra rumores, ab argumentis, & signis, autor ad Herennium lib. 2.

De statu finitio & legitimo.

In statu finitionis post exordium & narrationem facti, propositionem & partitionem, nostra definitio confirmanda est, tanquam congruens cum ipso facto. Aduersarij ratio refellenda, si falsa, si turpis, si inutilis sit: deinde perorandum.

Cum ex legis, aut scripti alicuius interpretatione controuersia nascitur, legalis status uocatur: ceteri omnes rationales. Legalis species sunt quinque. Prima, contrariarum legum, cum duæ leges, aut sententiæ pugnare inter se uidentur: ut fur suspendatur, & fur quadruplum restituat. Conciliabuntur, si dicas noua lege uenturam

terem

terem abrogari. Secunda, ex scripto & sententia. Lex est, quæ legatis ferro interemptis statuam decernit, Seru. Sulpitius in legatione non ferro, sed labore legationis periit. &c. Tertia, status ratiocinationis est, cum res, quæ propria lege nõ est comprehensa, ex alijs legibus propter similitudinem iudicatur. Vt qui patrẽ interfecit parricida est, quid si quemuis propinquum? Quarta, status ambigui est, cum ex ambiguo nascitur controuersia. Quidam amico gallum legauit, post mortem eius: hæres gallum gallinacem præbet, ille seruum natione Gallum petit. Quinta, translationis uel commutationis status est, cum reus litem defugiendo, negat, se debere accusari apud hos iudices, hoc tempore, hoc loco, hac lege, hoc crimine. Quintilianus lib. 3. cap. 6.

De statu iuridicali seu qualicatis.

Confirmationis loci in hoc statu sunt, natura, lex, consuetudo, æquum, bonum, iudicatum, pactum. A natura, ut Milo maluit Clodiũ interficere, quàm ab ipso interfici. A lege, ut uim ui repellere licet. A consuetudine, ut licuit semper more patrio uim omnẽ à capite & uita propulsare. Ab æquitate seu æquo bono: Quid enim gladij uolunt, si his uti nullo pacto licet? Quis tutò facere iter aliquò posset, obsidẽtibus uias sicarijs? A iudicato seu præiudicio, ut sæpe iudicum sententijs liberatus est, qui ui coactus necem latroni intulisset. A pacto, aiunt conuenisse inter debitorem & creditorẽ, ut si intra biennium creditori solutum non sit, ius ei sit

K ij

greges

DE INVENTIONE

greges debitoris abigere.

Status qualitatis duplex est, unus absolutus, quo ad facti defensionem nihil extrinsecus assumitur: ut Cicero fatetur Ligarium in Africa fuisse, quod ipsa rei natura non erat improbandum. Alter est κατ'αὐτὴν. Assumptivus, quo factum per se improbabile assumptis extrinsecus auxilijs tuemur.

Assumptivi status loci sunt quatuor,

Concessio,

Relatio seu translatio criminis.

Comparatio,

Remotio criminis.

Concessio dicitur, cum reus non defendit factum, sed ignosci sibi postulat: huius duae sunt partes, purgatio, & deprecatio.

Purgatio est, cum reus consulto, aut dolo, se fecisse negat, animumque ac voluntatem excusat. Ea dividitur in necessitatem, fortunam, & imprudentiam: ut necessitate coactus feci, sagittam in lupo mittebam, imprudens hominem percussi, amore aut ira superatus sum.

Deprecatio est, cum simpliciter misericordiam is petit, quem peccasse, & consulto fecisse constat: ut in oratione pro Q. Ligario.

Relatio criminis seu translatio est, cum fecisse nos non negamus: sed coactos, aut aliorum peccatis lacestos dicimus: ut Imperator militem occidit, quod in acie exclamarit.

Comparatio est, cum dicimus necesse fuisse alterum facere, & quod a nobis factum est, satius fuisse fieri

fieri, ut dux iniquo loco deprehensus, impedimentis relicto, exercitum fuga saluū educere maluit, quàm nulla spe uictoriæ cum hoste conflagere: nūc accusatur.

Remotio criminis est, cum à nobis non crimen, sed culpam amouemus, & peccati causam uel in rem quāpiam ueluti legem, uel in hominem cuius iussu fatemur esse factum conferimus: ut Seruilius Hala Sp. Meliura interfecit, sed Dictatoris iussu.

Remotio criminis, hoc à relatione differt, quod remotione totum penitus crimen tollitur: relatione mituitur tantum culpa Rei, aliorum peccatis laceſſiti.

De dispositione secunda Rhetoricæ parte.

Dispositionem ego aliam non uideo, nisi quam supra docui, hoc est, ut primo loco Exordium, secundo Narratio. &c. collocentur. Interdum tamen aut causa, aut locus, aut tempus efficiunt, ut hic ordo perturbetur: prudens ergo orator intelliget, quando confirmatio narrationi præponi possit. Nec aliam in confirmatione dispositionem requiro. Cicero pro Milone prius confutat, & præiudicijs reum liberat, quàm narrare incipiat. Et pro Sylla confirmationi præponitur confutatio. Argumenta & probationes ita disponantur, ut quæ sint magni ponderis primum & extremum locū occupent: probationes infirmæ in medium agmē conijcientur, ut ab Imperatoribus acies instruitur. In demonstratiuo personæ discrimina ætatis indicabunt ordinem. In demonstratione facti, & in deliberatiuo,

K iij

primo

DE INVENTIONE

primo loco honestas, secundo utilitas, tertio facilitas
apponetur. Nunc ad elocutionem ueram Rhetoricam
partem nostra conuertatur oratio. Sed quoniam de
creuimus eam ab hac parte seiunctam tradere,
ne libri mole deterreantur pueri, & in hoc
libello pagellæ aliquot uacue relin-
quuntur, apponemus orationem
nostram, qua salutauimus Aca-
demiã Valentinam, ab
Aragonia reuersi
mense Maio.

1561.

Amari

Oratio Lauren

T I I P A L M Y R E N I

Habita Valentia. 1561.



Mai anteà mea sponte pulcherrimam istà urbem uestrà P. Iurati, magnifice domine Rector, auditores præstantissimi, unam in terris bene constitutæ ciuitatis uerissimã imaginem: Senatus istius grauitatem imperij maiestatem, coeli clementiam, terræ halitum, atq; omnino felicem istum ac planè diuinum Valentia genium semper colui: nunc autem multò uehementius, uestro tanto incensus erga me studio, & uos omnes, & hæc omnia diligo, atq; colo: fateorq; pulcherrimum mihi omnium, quos in uita uidi, hunc diem illuxisse, quo tam egregiam uestram erga me uoluntatem, ac tam honorificum de me iudicium licuit experiri. Hodie enim, Deo duce, uestro munere mihi permissum est, non solum ut in hac urbe, hoc est, in ipso prope imperij, ac gloriæ Hispaniæ domicilio, linguas publicè profitear, quod ipsum per se magnificum atq; amplum existimatur, sed ita etiam est permissum, ut in me eligendo uestram quasi prærogatiuã facile Senatus suffragia consecuta sint, atq; illius studia præclara quodam

K v modo

O R A T I O.

modo cum uestra singulari uoluntate contenderint.

Quoniam igitur pacto tacitus præterire potero tantum beneficium? tam inusitatam inauditamq; liberam litatem? Profecto, si qua est in rebus humanis beatitudo, hac sola re me, & florentem, & beatum reddidistis. Nunc enim me homunculū nullius momenti, omnes uestra causa admirabuntur, digitis denotabunt: hunc esse dicent quē Valentini patres, ac Theologorū princeps & Coryphæus Luuicla, amicē & amanter ab Aagonia reuocatum excipiunt. Felicem Laurentium Palmyrenū, quem eo fortuna dignetur honore, ut tanti senatus præconio honorificē referatur? Non minus Achille, qui Homeri carmine: non minus Augusto, qui Virgilij tuba: non minus Scipione qui Sillij, ut ita dicā, classico innotuerit fortunatum. Agerem agerem uobis gratias hoc loco Valentini Patres, nisi planē cognoscerem, rei tātam esse magnitudinem, ut difficiliter sit exitum, quā principium inuenire. Quare hisce in aliud tempus commodius reiectis cum bona uestra uenia respondebo illis, qui linguarum studia uituperant, & mei instituti rationē breuiter explicabo. Visa enim nobis hæc res est haud prorsus à munere, & proposito nostro aliena, qui in hanc urbem ad antiquam Latini sermonis consuetudinem de monstrandā acciti uenimus, si paucis eam ex hoc loco, in quem nunc primū publica autoritate conscendimus, atq; in hoc amplissimo huius diei, frequentissimoq; confesso, iniuste uituperari à multis ostenderemus. Quanquam dissimulare nō possum, me uerecundē admodum ad hanc orationem accedere

ORATIO.

Accedere, quod & in ea ciuitate loquor, in qua una animae
 eique dicendi facultatis, & copiae non leuiter impressa
 uestigia cernuntur. Et praesentibus uiris illis dico, qui
 in hac ipsa Academia summorum philosophorum, ac
 rhetorum obtinent principatum. Me tamen audacior
 rem, nescio quo modo, quam meus patiatur pudor, ad
 hanc disputationem suscipiendam, rei de qua dicturus
 sum magnitudo reddit: quam quidem esse, si utilitas quaeratur,
 oportunissimam, si animi oblectatio, iucundissimam,
 si dignitas, amplissimam, facile cui uis licebit intelligere,
 qui antiquissimos ipsius gradus, ac quasi processus paulo
 mecum diligentius, iam inde a primis eius incunabulis
 indagarit. Principio si quis acute perpendat disciplinarum
 omnium originem, facile hanc reliquis aequalem agnoscet,
 & Euripidis sententiam de nobilitate hominum cum nobilitate
 harum comparabit.

Περιασόμυθ' ὁ λόγ' εἰς ἐγγένεια καὶ βρότεια ἰυλογκόσμεν.
 τὸ γὰρ πάλαι καὶ πρῶτον ὅτ' ἐγενόμεθα,
 διὰ δ' ἑκρινεν ὁ τεκῶσα γὰ βροτῶς
 ὁμοίαν χθὼρ ἅπασιν ἐξεπαίδευσεν ὄψιν.
 ἴδιον δ' εἰς ἔχομεν μία δὲ γούνα
 τὸ τ' ἐγγένεις καὶ τὸ δυσγένεις.
 νόμῳ δὲ γαῦρον αὐτὸ κρᾶίνει χροῖον.

Erunt tamen permulti in hac Academia (qui libenter
 valiter eruditi, adhita etiam differendi elegantia, ratione
 & uia philosophantur) qui dicent: haec studia
 utilia quidem esse, sed tamen puerilia. Concedo sane,
 quae illi tractant grauiam esse: ubi quaerunt an elementa
 actu manent in mixto, cur aer cum sit calidus, & hu-
 midus

O R A T I O.

midus uocetur à Galeno temperatus. An qualitates primæ sint expertes corporis, an oratio sit genus proximum syllogismi. Agatur'ne in Categorijs de rebus, an de uocibus. Differentia sit'ne substantia, an accidens? & alia id genus. Verè quidē hoc dicunt, sed tamen si quis eos seorsum interroget, hisce puerilibus studijs se profecisse libenter, & ingenuè profitentur. Quòd si quis è ciuitate omnes infantes puerosq; contenderet eijciendos, faceret'ne, quod amentes solent? Profectò nõ minus quàm Cyrsilum suadentem turpia, Athenienses lapidibus obruerunt: sic hunc crudelia & nefaria suadentem, ipsa barbarorum magalia essent deletura. Insapientem, quæso, cætum puerorum in quadam urbe florēte, aut magno in populo, cætum, inquam, leuem & impetritum, insidentem arundinibus, uersantem turbines, ludentē pila, ineptientem, saltantem, garrientē: progredere paulisper è uicis campo'ue, in forum, curiam, tēpla: quot ciues eximios, graues Prætores & Consules, uiros eloquentes admirabere? Vnde autem putas illos electos, & ad tantam uirtutum & dignitatum altitudinem progressos? Ex illo nimirum, quē nuper riseras, cætu puerili & lasciuo educati elatiq; sunt. Quòd si optabile atq; utile existimas, tales habere ciues & magistratus, pueri non modò expellendi non sunt, sed eorū uitæ, incolumitati, disciplinæ cura præcipua est & singularis impendenda. Et qui pueros bonis literis & moribus ornant, fouendi & amicissimè amplectendi sunt. Illi autem uehementer errant, qui nos Grammaticos puluerulentos, & sordidi quæstus mercenarios uocāt.

Nunquam

O R A T I O.

Nunquam enim hæc studia sua laude, suisq; præmiis ca-
 ruerunt apud sapientissimos. Nam Amphyctiones cō-
 mune totius Græciæ concilium Apollodoro Gramma-
 tico Atheniensi honorem habuit, & militaris illa Res-
 publica Romana M. Varronem publico monumento
 illustravit. Factum idem in populis minoribus est. Be-
 neventani statuam collocarunt civi suo Orbilio: Præne-
 stini hospiti suo Flacco: Q. Catulus Lucratium Gram-
 maricum ducentis millibus nummum redemit: An tanti
 Plato ipse, quem philosophorū deum Tullius nominat,
 redemptus est? quem Anicenus quidā octo tantum sea-
 stertijs redemit? Notum est ex Gallorum historia, Ca-
 rolum Magnum ante annos septingentos Parisiensem
 Academiam condidisse: huius autem principis seculo
 caligo quædam liberaliū artium, propter assiduas bel-
 lorum clades, & Christianorum cum Sarracenis, &
 ipsorum inter se Christianorū exitiabiles discordias,
 per orbem terrarum peruaserat. In Italia Gothi multi-
 tos ueterum sapientum labores, incensis bibliothecis,
 extinxerunt. Deinde ex ultima Septētrione nescio qui-
 bus uentis in Galliam eieci, uelut institores mercis
 cuiusdam nouæ, & Gallis inauditæ, uenalem scientiam
 in Gallia proclamauerunt Ioannes Mailrosius, & Clau-
 dius Clemens: qua uoce Carolus Magnus attonitus, &
 tandem per Alcuinum doctorem suum impulsus, & in-
 citatus, fundamenta Parisiensis Academiæ primū po-
 suisse memoratur. Voluit autem primam ac præcipuā
 doctorum curam Grammatici tribui, & filios, filiasq;
 suas Grāmaticæ præceptiones diligentissimè ediscere.

Ipsam

O R A T I O.

Ipsam præterea artem multi uiri maximi professi sunt: nam Dionysius Siciliae Rex eam docuit Corinthi, Iulius Cæsar de singulis literis libros scriptos reliquit, Diuus Augustinus Grammaticam Mediolani docuit, et de eadem arte librum conscripsit. Summi autem pontifices Grammatici fuerunt: Aeneas Syluius Pius, Adrianus Sextus, Nicolaus Perotus pontifex Sypontinus, Adrianus Cardinalis. Multi etiam philosophi se oratori Grammatici appellatione arbitrati sunt: ut Aristophanes Bizantius, Zenodotus, Aristarchus, qui cognominatus est Censor autorum: Nigidius Figulus, Nonius Marcellus, & illi qui accuratos in Hippocratem commentarios scripserunt, quos Herodianus ordine enumerat. Dicam ergo audacter quod sentio. Nemo hanc facultatem uituperat, nisi aut imperitus, aut inuidus, aut improbus sit. Imperitis, si non sunt maliciosi, ignoscendum est: inuidi, quoniam iudicio malo & corrupto sunt, planè non curandi: improbi uerò qui mendacio delectantur, & nocent calumnia, poena publica essent coercendi: labefactantes enim hæc initia omnium bonarum artium, omnis cognitionis liberalis, imò ueritatis ipsius subruunt fundamenta. Quibus hoc obscurum est, considerent in tota natura è quàm tenuibus fontibus fluuij orientur nauigabiles: è quàm paruis seminibus quantæ procreentur arbores. Aristoteles certè inter artes, quibus instrui uult in bene constituta ciuitate adolescentes, eam quæ de literis agit, loco primo recenset, & Grammaticam *σχῆσιμον πρὸς τὴν βίον καὶ τὸν ὄλιγον χρόνον* commendat, neq; contentus simplicis utilita-

O R A T I O.

tis ratione, paulò post adiungit, tradendam esse eam
 δὴ ἀπολλὰς ἐνδέχεται γίνεσθαι δι' αὐτὴν μαθήσας τέρας.
 Unde non inscitè eam artem quasi matrem & altricem
 reliquarum nominaveris. Contemptores autem isti
 primorum elementorum, hoc est, linguarum, cum inter
 dum muneribus fungantur gravissimis explicandi ar-
 tem medicam, aut interpretandi ius civile, quid obsea-
 cro docent ueri? quid solidi commemorant? Audiamus
 unum aut alterum: diabolus, inquiunt, deducitur à
 dia, quod est lignum, & à bolus quod est baiulus, quia
 apud inferos ligna portat. Gynecæum, aiunt secreta-
 tus in domo locus est, in quo habitant columbæ. Nul-
 lus, & nemo mordent se in sacco. Parisijs & Rome
 uenditur piper. Nemo hac legens à risu temperat.
 plaustrales tamè libros eiusmodi nugarum plenos in-
 uenias. Hac interpretationum monstra in uerbis, etiã
 in rerum maximarũ cognitione & sententijs, lucem ac
 ueritatem includunt tenebris, & ut expresse loquitur
 Socrates, ἄνθρωποι βασιλεύουσιν. Exultet ergo unusquisq;
 Grammaticus ac seriò triumphans exclamet cum Dauid
 de Propheta, Ieuósu Zedím chi secher huius ethúm, aní 75
 aschiach bephiccudécha Nahanéthi had meód leouá 107
 cháiemi chiabarécha. Habetis uiri clarissimi quæ mi-
 hi occurrebãt, ad defendaẽdam artem, quam profiteor:
 nũc uos obsecro, ut me de instituti mei ratione breuissi-
 simè perorantiẽ audiatis. Agitur enim nil aliud in no-
 stra oratione, quàm ut huius academiæ nunquam sac-
 tis laudatæ leges seruentur, ut optimis artibus, & opa-
 tims ratione, & uia, non agri, ciuitatis huius & fun-
 di, sed

O R A T I O.

di, sed uestri, sed omnium ciuitatum hominumq; liberi
 excolantur. paruo labore, exiguo tempore, liberalium
 disciplinarum scientiam & fructū consequantur. Non
 deerant qui hoc ipsum præstarent me absente: habet
 enim hæc academia præclaros linguarū doctores, qui
 diurnis nocturnisq; studijs in eam incumbūt curam, ut
 iuuenum animos eruditione perpoliant, rerum in na-
 tura abstrusarum notitia illustriores reddant, & tan-
 dem ad omnem componant uirtutem. Placuit tamen
 Patribus ac Senatui Valētino ut ipse huc accederem,
 quoniam multæ manus leuius reddunt onus. Erant hi
 delassati assiduis laboribus dum ego per quinquenniū
 integrū abessem: accessi igitur comes & particeps la-
 borum futurus, eos habebo charos, non secus ac si fra-
 tres mei essent: atq; illos precor, ut mecum communem
 hanc publicæ utilitatis curā suscipiant. Vos iam totā
 institutionis nostræ speciem, & formam benignè, &
 diligenter attendite. Si quis bene natus puer in nostrā
 disciplinā traditur, hoc eum modo solemus instituere.
 Pietatē & Christiani, uerū institutū sacræ ecclesiæ Ro-
 manæ, etiā in prophani & ethnici auctoris, prælectione
 assiduè cōmendamus. Ad hoc autē habeo cōmunes ad-
 liquod locos breues, ac ueluti ignea iacula, ex optimis
 auctoribus, tū maximè ex diuinis literis aduersus singu-
 la uitia, quibus illa ætas infestatur. Pietati & religio-
 ni ea quæ ad mores urbanos pertinent coniungimus.
 Tertia cura est excolendi ingenij, ad quā damus ope-
 ram, ut singulis diebus horas matutinas ac pomeri-
 dianas delectas habeat ediscendi, pronuntiandi, memo-
 riter;

Handwritten signature and notes at the bottom of the page, including the date M.C.D. 2048.

O R A T I O.

riter efferendi, communicandi, disputandi, imitandi, exercendi, minimasq; boni magistri partes esse arbitramur in docte prælegendo, quãuis id sit maxime necessarium, sed multò maximas ac primas in discipulo audiendo, cohortando, corrigendo, dictis, factis, exemplis, rationibus deniq; omnibus exercendo: nobisq; persuademus, pueros longè magis exemplo, imitatione, diligentia, cõsuetudine Grammaticos & oratores, quàm prælectionibus fieri: ideoq; linguarum exercitatores, quàm doctores malumus & esse & haberi. Vt autem præcepta ediscant, & laboriosi pueri sint, doctrinæ huius facilitate & breuitate consequor. cuius quidem cognoscendæ ut uia trita, & percipiendæ spatiũ breue est, sic eius exercendæ tempus est perpetuum. Quod si elephas, ut est apud Aelianum, Grammaticus inuentus est, bestia tam uasta atq; immanis: & si hominũ discunt uoces exprimere corui & picæ, in nullo numero habitæ aues: quid puero natura tractabili de futurum putabimus ad hæc præcepta imbibenda? Octo numerantur partes orationis: age. 8. tribuantur singulis dies, ad cognoscendam etymologiam, hoc est, partium illarum adiucta seu accidentia: totidem ad nominum, uerborum motus atq; flexiones: interponatur spatium menstruum, ad præcepta de generibus & præteritis. Dentur deinceps octo singulis duplicati, ad discendam & insigendam syntaxim seu partium consecutionem: tantundem spatij ad percipiendos syllabarum modos atq; magnitudinem, ut quæ de conformatione & figuris traduntur, robustiori ætati relinquuntur. Sequitur

L

mox

O R A T I O.

mox autorum interpretatio : in qua si lingua Latina
 esset nobis familiaris, ut olim Romanis, Poetas de sen-
 tentia Horatii præponerem, quoniam os pueri tenerã
 formãt. Nunc uerò cùm totius istius consuetudinis si-
 mus rudes atq; ignari, commodius & rectius instituẽ-
 tur pueri, si eos autores & audiant, & legant, qui lin-
 guam & mentem ualeant expolire. Neque tamen o-
 mnia quæ ab oratoribus elegantissimè scripta sunt, di-
 co in hac prima disciplina pueris proponenda & cū
 Grammaticæ præceptis cōiungenda, sed ea duntaxat,
 quæ eam orationis puritatem, ac simplicitatem, reti-
 nent, quæ in sermone quotidiano familiariq; uersan-
 tur. Cuius generis sunt Ciceronis Epistolæ ad fami-
 liares, & illæ ad Atticum, quas in Epistola ad Papy-
 rium Pætum ait quotidianis se uerbis texere solitum.
 Eandem dictionis puritatem habent dialogi de ami-
 citia, & senectute, Cæsaris etiam commentarij. Vbi ue-
 rò in his se commodè exercuerint, deducuntur ad grad-
 uiora: nempe ad orationes illas consulares. M. Tullij,
 quales sunt pro Muræna, & Catilinarie. De institu-
 tione uerò oratoria dicã alias, nunc enim nondũ noui
 ingenia meorum auditorum, nec quales collegas hab-
 biturus sim. Quoniam uerò tria in consiliario ad be-
 ne consulendum desiderantur, Prudentia, Virtus, Be-
 neuolentia: Ea nos etiam in his, qui iuuentutem insti-
 tuunt, uehementer probamus: ut docti, ut boni, ut amã-
 tes eorum, quos erudiunt & sint, & habeantur. Dabo
 igitur operam, ut, si non omnia, saltem bonam horum
 partem consequar, quò faciliẽ auditores nostri non so-
 lum

ORATIO

lum epistolam facere, Elegam condere, rem propositam ornatè pronuntiare ediscant: sed illa, & dicere, & agere, quæ populo, quæ senatui, quæ iudicum sensui, quæ uitæ & humanitati consentiant.

Exposui breuiter auditores, quæ ad Grammaticæ laudem, atq; omnino ad huiusce diei quasi proladium mihi uisa sunt pertinere: lætorq; attentè, atq; benignè me, sicut optabam ab omnibus auditum esse. Reliquum est, primùm ut uobis omne meum studium, officium, laborem, diligentiam, quantum deniq; ingenio, atq; industria efficere in hoc munere possim, pollicear ac deferam: quod quidem tum mea sponte, tum uestro etiam tanto de me iudicio incitatus, uel Musis prope ipsis, quarum augustissimo quasi quodam in templo sumus, approbantibus, facio: deinde ut uos orem, atq; obsecrem, ut, quod ad me audiendum hodierno die studium attulistis, id in perpetuum conseruetis. Quod enim quidem cum alijs de causis uobis censeo esse faciendum tum ne aut eorū, qui me huc aduocarunt, aut eius, qui accersitus est, animus uestra ulla tarditate debilitetur, aut ipsi maximam, & excellentissimam humanitatis partem respuere uideamini.

DIXI.

unde initium summo in tanta
uerū bastitate

de d... pp... non

Vendense en ca
sa del autor a
tres dine-
ros el plie

go:



le

or

M.C.D. 2018

Univ
B

UNIVERSITAT DE VALÈNCIA
BIBLIOTECA HISTÒRICA

R-1

269

Laurentij Pal-

2

MYRENI DE CO-

PIA RERVM ET ARTIFI-

CIO ORATORIO LIBELLVS, IN

que



Ex typographia Ioannis Mey.

1564.